

KS. FRANCISZEK MAROŃ

**MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA
W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ
PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1665 R.****WSTĘPNE UWAGI**

Protokoły wizytacyjne dekanatu pszczyńskiego z r. 1665 były dotychczas w ogóle nieznanymi¹. Złożyły się na to rozmaite przyczyny. Protokoły z tego roku zarówno dla dekanatu bytomskiego, jak pszczyńskiego mieszczą się w dwóch oddzielnych woluminach archiwalnych Kurii Metropolitarnej w Krakowie, przy czym protokołu pszczyńskiego pod sygnaturą AV 8 niełatwo zauważyć. Dany tom o formacie 30 na 18 cm pozornie nie różni się wiele od innych foliantów. Na grzbiecie widoczny jest tylko napis „Nicolaus Oborski” a w wytłoczonym na zewnętrznej skórzanej okładce czworoboku „Visitatio Oborski”. Natomiast na kartce tytułowej nakreślono ówczesnym pismem: „Acta visitationum VIII: Visitatio quindecim decanatum in dioecesi Cracoviensi a tl. Nicolao Oborski, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopo Laodicensi, suffraganeo, archidiacono, vicario in spiritualibus et officiali generali Cracoviensi ab a. 1663 ad a. 1665 expedita”. Na dalszej stronie oznaczono bliżej: „In hoc libro reperiuntur visitationes decanatum sequentium...” i dopiero po wyliczeniu owych 15-tu dekanatów dodano współczesnym pismem jako 16-ty: „Plesnensis”. To dokonane po trzech wiekach odkrycie było możliwe tylko po dokładnym przewertowaniu rękopisu, gdyż wszystkie inne dekanaty były wyodrębnione osobnymi kartkami tytułowymi, natomiast na stronie 359 bez jakiegokolwiek odstępów lub przedziału w bezpośrednim sąsiedztwie z parafią Biezanów w dekanacie wielickim czytamy: „Visitatio exterior in decanatu Plesnensi, facta diebus martii a.D. 1665” oraz teksty protokołów z poszczególnych parafii dekanatu pszczyńskiego w niżej podanej kolejności. Nareszcie po sprawozdaniu z ostatniej parafii dowiadujemy się, iż wizytatorem dekanatu pszczyńskiego nie był ks. biskup-sufragan Mikołaj Oborski, lecz dziekan pszczyński, ks. Jan Rakowski². Na próżno szukamy też jakiejś uwagi wyjaśniającej upoważnienie ks. Rakowskiego do zastępowania biskupiego wizytatora.

¹ Akta wizytacji dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego, dokonanej w roku 1598..., wydał, wstępem i objaśnieniami zaopatrzył ks. dr M. Wojtas, Katowice 1938, 10 nie znał protokołów dekanatu pszczyńskiego z r. 1665.

² Ks. Jan Rakowski był proboszczem w Mikołowie po śmierci ks. Tomasza Aleksandra Czarnieckiego od r. 1658, ustanowiony dekretem biskupim z dn. 17 VIII 1658. Po dwóch latach został również proboszczem Pszczyny i dziekanem dekanatu tamtejszego, i to po zgonie ks. Przerębskiego. W Mikołowie zastępował nieobecnego proboszcza wikary. W sprawach szkolnych pozostało po ks. Rakowskim kilka dokumentów, opublikowanych przez L. Musioła, *Dzieje szkół parafialnych w dawnym dekanacie pszczyńskim*, Katowice 1933, 237 nn. Po jego śmierci w r. 1675 objął parafię pszczyńską jego towarzysz przy wizytacji, ks. Wojciech Chładowicz.

Zupełnie inaczej przedstawia się sprawa protokołów z dekanatu bytomskiego w r. 1665, gdzie również występował delegat ks. biskupa krakowskiego, ks. Aleksander Maciej Rudzki³, który jednak na wstępie zaznaczył: „Acta visitationis per me Alexandrum Matthiam Rudzki, commissarium ad hoc munus obeundum speciali commissione deputatum gesta et fideliter conscripta...”. Zawarte są w 47. tomie wizytacji kościelnych, zaopatrzonym w tytuł: *Acta visitationis exterioris necnon inventaria ecclesiarum a. 1664 et 1665 factae* i odnośnie do dekanatu bytomskiego zaczynają się od str. 246 pod tytułem: *Visitatio exterior in decanatu Bythomiensi facta a.D. 1665*. Wzmiankowane wizytacje przeprowadzone zostały z polecenia ks. biskupa-ordynariusza Andrzeja Trzebieckiego⁴.

k. 359v DECANATUS PLESNENSIS

Villa Łąka

Habet ecclesiam ligneam post conflagrationem nuper reaedicatam nondum consecratam, olim fuerat tituli s. Nicolai, episcopi et confessoris, iurispatronatus tl. comitis Plesnensis. In hac sunt altaria tria, in quibus celebratur in portatili. Ciborium in maiori altari deauratum, clausura ecclesiae bona et omnia per Dei gratiam decenter et ordinate sunt inventae, quae spectant ad bonum regimen ecclesiae.

Supellex ecclesiastica: Calix unus cum patina, intus ac extra deauratus iustae magnitudinis, alter calix itidem argenteus, sed nullibi deauratus, quem pro pixide ad asservandum venerabile Sacramentum conflare mandavimus. Crux argentea cum sede ex aurichalco. In campanili campanae duae. Tintinabulum in ecclesia circa altare unum, aspersorium unum, cassulae varii coloris quatuor, albae duae, tobaleae 3, mantilia 6, corporalia 3, purificatoria 8, bursae 2, pal-lae 2, vela varii coloris 3, antependia 2, vexilla 6, missale unum, rituale parvum et aliud vetus.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Albertus Chładowicz, a tl. comite plesnensi praesentatus, qui pro dote sua habet agrum ad orientem plagam sulcorum ferme septuaginta latitudinis, longitudinis vero protensum usque ad limites Goczałkowice. In eodem agro habet piscinas quinque. Item habet missalia post incolas Łącenses siliginis coretos centum quinquaginta duo, totidem et avenae. Habet etiam domum pro residentia sua pro vetustate ruinam minitantem, horreum novum et granarium cum cellario, aliaque aedificia ad rem familiarem necessaria. Est et domus pro scholirega cum agro. Ad extremum haec ecclesia apud cmethones Łącenses habet summam capitalem taleros silesiticos centum nonaginta unum, grossorum 18, a qua interesse non solvitur. In hac parochia plures inveniuntur catholici quam haeretici.

k. 360r *Villa Wisła Niemiecka*

Habet ecclesiam ligneam vetustam tituli s. Jacobi Apostoli, iurispatronatus tl. comitis, non constat, utrum sit consecrata an non? Quia per haereticos adminis-

³ Ks. Maciej Aleksander Rudzki, dr teol. i obojga praw, po ukończeniu nauk i otrzymaniu stopni naukowych w Krakowie otrzymał parafię w Andrzejowie, o której napisał monografię, uzupełnioną i wydaną przez ks. St. Damalewicz pt. *Lux ecclesiae Andraeoviensis s. Catharinae, Romae 1650*. (*Encyklopedia Kościelna* wyd. przez ks. M. Nowodworskiego, t. XXIII, Warszawa 1899, 569).

⁴ Ks. Andrzej Trzebiecki, syn kasztelana wieluńskiego, ur. 1607, uczeń szkół jezuickich w Krakowie i Rzymie, został 1644 kanonikiem krakowskim, 1654 podkanclerzem koronnym, 1655 biskupem przemyskim, 1657 krakowskim, w czasie elekcji 1674 poparł wybór Jana Sobieskiego, wydał m. i. *Oratio habita in synodo provinciali Gnesnensi a 1643*, dołączoną do publikowanych akt tegoż synodu. Zmarł w 1679 r. (S. Orgelbranda *Encyklopedia Powszechna*, t. XIV, Warszawa 1903, 600).

trabatur et in eorum manibus fuerat. Altaria sunt duo vetustissima, baptisterium lapideum, campanile bene tectum, clausura ecclesiae bona.

Supellex ecclesiastica. Calices duo deaurati, ex his unus est, quem modernus parochus recuperavit ab incolis haereticis, campanae tres, tintinabula duo, cassulae tres, albae itidem tres, superpelliceum unum, vexilla 5, antependium pictum ex utraque parte, mappae 23, linteamina 7, corporalia 5, purificatoria 8, vela 4, bursae 2, cista pro condendis rebus, missale unum et rituale.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Valentinus Biencyzki, duorum annorum parochus a tl. comite praesentatus, qui pro dote sua habet agros ex utraque parte pagi, primus ager ab ecclesia immediate stadiorum quatuor, alter vero versus oppidum Strumen stadiorum septem, in universum sulcorum 664, piscinas desolatas septem. Habet etiam missalia a parochianis nonaginta tres coretos siliginis, totidem avenae. Ex praedio vero tl. comitis nihil accipit, ex quo praedicantibus dabantur novem decim coreti siliginis, totidem avenae. Huius rei testes sunt in vivis. Hortulanum unum, qui intra hebdomadam duobus diebus laborat et censum solvit annuatim unum talerum silesiticum. Scholirega autem habet agrum scholae adiacentem stadiorum septem, in universum sulcorum 263. Item habet ecclesia haec debita sua per incolas villae istius contracta, quorum specificationem tl. parochus habet in registro ecclesiae. In hac parochia vix aliqui sunt catholici, nec nimirum, quia per annos plus quam viginti nullum habuit parochum.

Villa Brzeszcze

Habet ecclesiam ligneam vetustam tituli ss. Philippi et Jacobi apostolorum, in-
tus non inelegans, nescitur utrum sit consecrata. Iurispatronatus tl. comitis
Plesnensis. In hac sunt altaria tria. Ciborium in maiori altari, in quo venerabile
Sacramentum in pixide asservatur. Fons baptismalis in medio ecclesiae cum
vasculo aeneo. Clausura ecclesiae bona.

Supellex ecclesiastica. Calix deauratus cum patina argenteus, crux argentea
deaurata, monstratorium ex aurichalco veteris operis, calix stanneus cum pa-
tina stannea ad ablutionem populi, turribulum ex aurichalco, pixis ex aurichalco,
in qua asservatur venerabile Sacramentum, vas stanneum pro oleis sacris, urce-
oli stannei duo, vitrei duo, candelabra quatuor auro picta, cassulae tres, una ex
holoserico, secunda ex tabina, tertia vero ex materia dicta Kędza, albae duae,
mappae 22, mantilia tria, missale romanum, alterum antiquum, rituale parvum
ad administranda Sacramenta, alterum maius, tertium antiquum, vexilla duo
maiora, minora etiam duo. Item vexillum nigri coloris, pendens ante maius altare
cum stemmate tl. Grodowski de Minerow, fundatoris ecclesiae Brzescensis, qui
fundavit ad eandem ecclesiam ducentos taleros silesiticos. Campanae duae mino-
res in campanili, tintinabula duo, pannus nigri coloris cum cruce alba ad dete-
genda corpora defunctorum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Stanislaus Dąbrowski, primus
parochus post haeresiarcham Joannem Lasicium, qui pro dote sua agros in tri-
bus campis habet, primus ager inter agros tabernatoris Pauli Godziek et Joan-
nis Goraus stadiorum quindecim, inter quos agros habet piscinas duas, proprio
sumptu comparatas, alter ager ad meridiem inter agros Gregorii Skrobol ex una
et Christophori Czech partibus ab altera, stadiorum novem, tendentium ad limi-
tes villae Porąbka, penes quem agrum sunt duae piscinae ad parochum pertinen-
tes. Tertius ager inter agros Joannis Mędrek ex una et Pauli Godziek partibus
ab altera, stadiorum septem, inter quos agros est pratum parvum, ex quo potest
accipi currus unus foeni. Item habet piscinam penes Lazarum, advocatum Brzes-
censem, ex una et piscinas Pauli Godziek partibus ab altera. Habet praeterea
missalia in Vistula Polonicali siliginis duo maldrata et quatuor coretos mensu-
rae Plesnensis, totidem et avenae. Ex scultetis una in Vistula Polonicali percipit
viginti grossos silesiticos. In villa Brzeszcze missalia unum maldratum et coretos
viginti siliginis, totidem avenae. Liber vero Beneficiorum et Retaxationum de-

k. 360v

cimam manipulem post totam villam in Brzeszcze ostendit, a hortulanis et inquilinis tam in Vistula Polonicali quam et in villa Brzeszcze per grossum silesiticum percipit. In villa Kobielice pro missalibus accipit decem coretos siliginis et avenae totidem mensurae Plesnensis, a hortulanis et inquilinis per grossum unum. Deinde habet duas piscinas scholae adiacentes prope piscinam maiorem tl. comitis a Promnic. Traditur etiam per voces hominum, quod ex antiquo habuit unum subditum ad laborandum parochus, prout et Liber Visitationum docet, et dicit tl. parochus, quod non alius sit, nisi vitricus Brzeszczensis, a quo census recipit parochus ex agro ecclesiastico. Iste vitricus liber est ab omnibus redditibus, tribulis tam sacrae caesareae Majestatis, quam tl. comitis a Promnic. Est etiam domus pro residentia parochi cum horreo, horto et pomario et duabus piscinis parvis pro asservandis piscibus. Item est domus pro scholirega, quam debent reaedificare parochiani et omnia necessaria procurare, qui pro servitio ecclesiae habet decimam manipulem post agros unius cmethonis penes parochiam manentis, dicti Kopyto, de quinque speciebus frumenti siliginis, hordei, avenae, tritici et pisae. Traditur etiam per voces populi, quod scholirega habet suos agros pertinentes ad scholam, tendentes ad prata tl. comitis a Promnic. Habet hortum cum prato parvo, ex quo potest colligi unus currus foeni. In hac parochia vix quadraginta sunt catholici, hereticorum vero plus quam mille.

k. 361r *Villa Zusiec*

Habet ecclesiam ligneam satis vetustam, intus minus ornatam, tituli s. Stanislai episcopi et martyris. In hac ecclesia nihil decenter et ordinate invenimus et vidimus altaria squalida et non ornata, ecclesia ipsa, utrum sit consecrata, ignoratur. Desuper non adeo bene tecta, ossarium dirutum, campanile ruinae proximum et alia reparatione indigentia.

Supellex ecclesiastica. Calix argenteus ex parte deauratus cum patina, calix stanneus cum patina ad ablutionem, monstratorium ex aurichalco, pixis ex aurichalco, turribulum ferreum, cassulae quatuor, duae rubei coloris, una ex holoserico, altera ex adamasco, tertia ex holoserico viridis coloris, quarta ex adamasco violaceo, albae tres, humeralia tria, antependium unum, corporalia 7, purificatoria 8, altaria portatilia duo, missale unum novae editionis, veteris vero quatuor, psalterium, reconditorium pro asservandis rebus ecclesiasticis ferro circumductum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Michałowski, qui pro dote sua habet agros, piscinas, missalia et decimas manipulares. In villa Zusiec ab incolis accipit ratione missaliorum coretos avenae quadraginta novem. Item in hac villa a tribus incolis habet decimam manipulem. In villa Kwyrz (!) habet missalia. Item in villa Kleszczowa decima manipularis, pro qua solvuntur taleri quinque silesitici. Item in hac villa Kleszczow scultetus solet dare cappones quatuor et tenetur. Alii vero incolae, qui sunt numero quindecim, per duos cappones. In villa Rudzica ex praedio recipit avenae metretas quinque. Subditum unum habet in villa Kwyrz, qui qualibet hebdomada laborat tribus diebus et pro censu dat grossos bohemicos 14, pro festo s. Martini cappones duos. Scholirega percipit decimam manipulem a tribus cmethonibus de quibusdam agris. In hac parochia habet plurimos haereticos, vix aliqui catholici inveniuntur.

Villa Woszyce

Habet ecclesiam ligneam ob vetustate proximam ruinae, undique foraminibus scatet, non bene desuper tectam. Non constat, utrum sit consecrata. Habet cassulas vetustas aliquot, ut inventarium ecclesiae docet, calices argenteos cum patinis duo, monstratorium aeneum cum Melchisidech simili, pixidem aeneam pro asservatione venerabilis Sacramenti, portatile unum, ampulas stanneas duas, candelabra maioris quantitatis, stanneo obducta, item candelabra duo aenea, missalia duo romana, unum novum, alterum antiquum iam ex parte laceratum,

rituale unum, campanas cum signante quatuor, tintinabula duo, corporalia tria, purificatoria quatuor, vela quatuor, antependia tria, superpellicea duo, mappas et linteamina octodecim. k. 361v

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens haec ecclesia orbata est suo direttore, tantum sacramenta administrantur per commendarium tl. Paulum Rychuld ab officio datum. Director ecclesiae habet pro dote agros et missalia, ut in registro ecclesiae videre est. Habet et domum residentialem bene contextum cum horto suo. Parochia ista est populosa, non multos haereticos in se continens.

Villa Mokra

Habet ecclesiam muratam tituli s. Laurentii martyris, iurispatronatus villae haeredum. Non constat, utrum sit consecrata. In hac ecclesia sunt intus decentia et sufficientia pro isto loco apparamenta, ut videre est in inventario ecclesiae. Altaria tria, calix unus argenteus intus deauratus cum patina pure argentea, monstratorium argenteum deauratum, alterum ex aurichalco, pixis intus et ab extra deaurata, tabella votiva ad imaginem B.M.V. una, cassulae varii coloris septem, pluvialia duo, albae quatuor, mappae 14 subcorporalia quatuor, corporalia tria, mantilia quatuor, purificatoria octo, vela novem, superpelliceum maius unum, minora pro scholaribus sex, turribulum aeneum, aspersorium, candelabra maiora ex aurichalco duo, minora itidem duo, vexilla octo, portatilia duo, campanae cum signante tres, tintinabula duo, missale unum, liber agendorum novae editionis, alter antiquae, cistula ferro obducta pro asservanda eleemosyna cum sera.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Stanislaus Sobestyański institutus et introductus, qui pro dote sua habet agros per haeredes villae et patronos ecclesiae restitutos in anno 1655, die 24 ianuarii ad instantiam tl. Alberti Chładowicz. Item alium agrum habet donatum suae ecclesiae diuturnis temporibus per tl. Andream Krecik, legitimum collatorem in anno 1659, 27 aprilis ratione obligationum, quas tenetur parochus absolvere qualibet septimana feria sexta pro anima fratris sui et sabbato de Immaculata Conceptione B.M.V. ad intentionem fundatoris. Iste ager est latitudinis circiter viginti, latitudinis stadiorum quatuordecim. Ibidem habet silvam et pratum inter agros Pauli Kiel ex una et Georgii Pękaczek partibus ab altera. In hoc agro est domus vetusta pro hortulano. Insuper cerevisiae vasa sex alias achtele annuatim accipit et sexaginta carpciones post festum s. Martini. Haec parochia nullos habet per Dei gratiam haereticos.

Oppidum Mikołów

k. 362r

Habet ecclesiam muratam tituli s. Adalberti, episcopi et martyris, habet sua sufficientia ornamenta opere et studio tl. Joannis Rakowski, rectoris istius ecclesiae comparata. In hac ecclesia sunt altaria tria, certo non constat, utrum sunt tam ecclesia quam altaria consecrata. Calices argentei sunt tres cum patinis, ex his duo in toto deaurati, cruces duae, una crux argentea, in medio deaurata, in qua sunt inclusae reliquiae s. Adalberti martyris. Altera crux parva ex aurichalco. Monstratorium cum Melchisedech ex aurichalco, pixis, turribulum et navicella ex eodem metallo, candelabrum unum maius cum aliis septem minoribus in medio ecclesiae, campanae cum signante quatuor, tintinabula tria, cassulae varii coloris quinque, albae cum humeralibus sex, vela pro calice quinque, corporalia septem, missalia romana duo, liber agendorum, graduale, sed non integrum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Rakowski, actu presbyter, praesentatus a tl. comite a Promnic et institutus qui pro dote sua habet decimas manipulares ex agris villarum Przeczyce, Toporowice, Targoszyce, villarum in decanatu severiensi, super quibus decimis habet privilegia tl. episcoporum cracoviensium confirmata. Nunc pro istis decimis solvuntur centum floreni tantum ex arce severiensi. Habet etiam decimam manipulare de villa

Zarzeczce, sed ex siligine tantum et avena. Praeterea habet duos laneos agri, unum a sepimentis parochiae suae, alterum ab ecclesia s. Nicolai in suburbio sita. Habet et missalia ex oppido Mikulowiensi necnon aliis villis ad parochiam spectantibus centum quinquaginta novem coretos siliginis mensurae Plesnensis, avenae vero ducentos triginta quinque coretos. Subditos habet duos cmethones, hortulanos novem, inquilinos decem, molendinum unum in villa Zarzeczce et piscinam.

Villa Chel'm

Habet medietatem ecclesiae, capellam et sacristiam muratam tituli s. Trinitatis, omnia decenter et ordinate sunt in ea ad cultum divinum composita, praeterquam campanile tectum habet obvium imbribus, et non adeo firmum pro vetustate apparet. Sepimenta circa coemiterium sunt murata, baptisterium marmoreum noviter comparatum. Altaria quatuor, candelabrum pensile circulatum pro candelis sex ante maius altare. In capella vero itidem pensile pro quatuor candelis. Item aliud candelabrum triangulum in eadem capella. Calices duo argentei cum patinis intus deaurati. Crux argentea cum Agno Dei, pixis argentea intus deaurata ex legato pia memoriae tl. Petri Gembicki, episcopi cracoviensis comparata post mortem eius, secunda pixis aenea, monstratorium argenteum ad medietatem deauratum. In capella sub titulo Immaculatae Conceptionis B.M.V. a tl. parochia moderno extructa aut potius in imagine B.M.V. sunt hae ornamenta: Corona argentea deaurata, fimbriae vestium sunt circa circum ex lamina argentea deaurata, tabellae votivae tres, cruces pensiles argenteae deauratae tres, annulus deauratus unus, pure argentei duo. Turribulum aeneum et lampadas duae aeneae, vexillorum paria tria, cassulae pretiosiores sericeae quatuor, minoris autem pretii 5, pluvialia duo, albae antiquae 5, noviter per tl. parochum comparatae duae, superpellicea antiqua duo, noviter comparatum unum, antependium albi coloris sericeum unum, secundum rubri coloris, antiqui vero operis et varii coloris 4, mappae 20, mantilia 12, campanae cum signante tres, tintinabula duo, instrumentum musicale decem vocom, missalia romana antiquae editionis duo, agendorum liber unus novus, alter vetustus, graduale, antiphonarium et psalterium.

k. 362v

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Albertus Synowcowicz, a tl. episcopo cracoviensi praesentatus et institutus. Dotem ad hanc ecclesiam nondum habet iustam et sufficientem praeterquam decimam ex duobus molendinis et agrum satis exiguum. In hac parochia nulli sunt haeretici.

Bieron-oppidum

Habet ecclesiam ligneam, vetustam, non satis elegantem, sed tamen bene coniectam, tituli s. Bartholomaei apostoli, iurispatronatus tl. comitis Plesnensis. In hac sunt altaria tria satis vetusta. Baptisterium ligneum in medio ecclesiae. Sacristia lignea, in qua sunt duae arcae pro asservandis rebus ecclesiasticis. Altaria portatilia tria, calices argenteos in toto deauratos cum patinis iustae magnitudinis, monstratorium argenteum in modum radiorum solarium. Pixis argentea intus deaurata pro venerabili Sacramento asservando, crux argentea affabre facta in sede fracta, cassulae novem varii coloris, pluvialia duo, albae septem, superpellicea duo, mappae 21, tobolea 7, mantilia 15, corporalia 6, purificatoria 15, bursae duae, pallae 3, vela 6, candelabra stannea 4, antependia 5, missale unum, psalterium novum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Szczeponkowicz, institutus et introductus, qui pro dote sua habet ex oppido Bieron missaliorum siliginis coretos 48, totidem avenae. Item a quolibet laneo in Bieron pro decima accipit per grossos 35, item patronalia habet a hortulanis per grossos 4, ab inquilinis vero per duos grossos polonicales. In villa Kraszowy habet a sexdecim hortulanis siliginis coretos 16, totidem et avenae. In villa Gorki a quolibet hortulano ratione missaliorum per grossos sex. In villa Cielmice a quolibet cmethone

avenae coretos quatuor. In villa Urbanowice habet annuatim a quolibet cmetnone per grossos 18 et currum lignorum pro foco. In villa Boiszowy habebat missalia, quae fuerant ablata per haereticos, ad praesens vero parochus novus Boiszowiensis nullo iure recipit. Agros ferme nullos habet praeterquam in locis remotissimis et arenosis duo stadia, quae nunquam conseminantur. Habet etiam pratum, quod ad praesens possidet Albertus Gądzik de villa Cielmice, solvit annuatim cum praepiudicio ecclesiae grossos 18. Xenodochium Beronense nullos habet proventus et pro vetustate brevi collapsurum. Habet etiam piscinam, quae hucusque in dispositione civium detinetur. Haec parochia nullos habet iam haereticos, expurgatos per Dei gratiam.

Villa Boiszowy

k. 363r

Habet ecclesiam ligneam extra villam in campo locatam, tituli s. Joannis Baptistae. Haec ecclesia est consecrata, erecta ab incolis Boiszowiensibus eo tempore, quo Beronensis ecclesia per haereticos erepta fuerat. Pertinebat enim villa Boiszowy antiquitus ad villam Beronensem et missalia solvebantur pro ecclesia Beronensi. In hac ecclesia sunt tria altaria. Tegumentum et clausura ecclesiae bona, intus picturis variis adornata. Cassulae sunt varii coloris 8, pluviale unum, alterum nimis laceratum, mappae 14, humeralia 5, albae 6, superpellicea 4, toboleae 10, antependia materialia 3, picta 5, vela calicis 7, corporalia 8, bursae 6, purificatoria 15, mantilia 13, monstratorium ex aurichalco, Melchisidech argenteum deauratum et crux parva in vertice. Calix unus intus deauratus cum patina, pixis pro venerabili Sacramento a tl. domina Vicisla. Campanae cum signante quatuor, tintinabula 2, vexilla 10, votivae tabellae in imagine B.M.V. duae, stella argentea deaurata, precarii coralini, crux pensilis argentea, reliquiarium argento circumductum pensile, corona argentea in capite Domini nostri Jesu Christi, circulus coronarius unus, velum imaginis ex subtili serico. Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Paszczykowski, noviter institutus, qui dotem ecclesiae suae non habet certam, tantum recipit ex duobus praediis per florenos 36. Ab incolis etiam, qui sunt 15, recipit per quatuor coretos siliginis, totidem avenae. Hortulani sunt 10, quorum quilibet tenetur dare coretum siliginis et coretum avenae. Inquillini habentes suas gazas solvunt per 12 grossos polonicales, in alienis vero domibus manentes per grossos sex. Molitores et tabernator unus solvunt per grossos 24. Habet etiam unum stadium agri sulcorum 28 et domum residentialem cum horto. Domus pro scholirega neque locus est.

Villa Miedzna

Habet ecclesiam ligneam vetustam, bene tectam, tituli s. Clementis papae et martyris. Utrum sit consecrata nescitur. Ad hanc ecclesiam calices sunt duo argentei cum patinis locatim deaurati, pixis argentea pro venerabili Sacramento, cassulae varii coloris 4, pluviale ex simplici materia unum, antependia duo, corporalia 5, purificatoria 5, bursae cum pallis 6, vela 4, albae cum humeralibus 6, mappae 8, mantilia 12, missale unum romanum, tria vero nullius usui, rituale unum, vas stanneum pro oleis sacris, campanae cum signante tres, tintinabula duo, reconditorium pro asservandis rebus ecclesiasticis ex ligno quercino. Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Christophorus Zowadowski, praesentatus a tl. comite Plesnensi et institutus, qui pro dote ecclesiae habet agros, piscinas et missalia, ut in registro ecclesiae videre est. In hac parochia in villa Rdzawa est ecclesia filialis, quae habet dotem suam, agrum ibidem situm. Habet et domum pro residentia sua et pro rectore scholae. In hac parochia plures sunt catholici quam haeretici.

Villa Cwiklice

k. 363v

Habet ecclesiam ligneam tituli s. Martini, episcopi et confessoris, est bene ornata et suppellectili ecclesiastica optime instructa et conservata. In hac ecclesia sunt

altaria tria, duo noviter comparata. Habet calices argenteos duos intus deauratos cum patinis, pixidem argenteam intus deauratam pro conservando venerabili Sacramento, crucem pensilem argenteam, monstratorium ex aurichalco, campanas cum signante tres, tintinabula tria. Vas aeneum ad fontem baptismalem, chrismale stanneum, cassulas varii coloris 6, antependia duo, picta quatuor, pluviale unum, bursas cum pallis 6, purificatoria 17, corporalia 7, mappas 23, albas 9, superpellicea 4, altare portatile.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Georgius Stachurski, praesentatus a tl. Martino Kozłowski, legitimo possessore huius villae et institutus, qui pro dote sua habebat agros incipientes ab ecclesia et protensos usque ad limites villae Miedzna, ut Liber Visitationum tl. Christophori Kazimirski testatur. Cuius agri longitudo stadiorum decem, latitudo vero circiter centum quadraginta sulcorum. Ad praesens vero parochus non possidet nisi quinque stadia, latitudinis sexaginta sulcorum. Item habet septem piscinulas, quae adiacent intermedie agris plebanalibus, quos ad suum fundum adiunxit tl. haeres. Item habet missalia post incolas villae Cwiklice et ex praediis. Habet domum residentialem et pro rectore scholae cum hortis. In hac parochia non sunt haeretici.

Villa Lendziny

Habet ecclesiam ligneam intus eleganter depictam tituli s. Clementis, papae et martyris in monticulo extra villam locatam, iurispatronatus tl. comitis. In hac ecclesia sunt calices duo intus et ab extra deaurati, monstratorium cum Melchisedech deaurato, pixis argentea intus tantum deaurata. Pixis altera ex aurichalco formae vetustae, pacificale argenteum cum quatuor evangelistis, in quo sunt inclusae reliquiae s. Rufini. Manicula cum cochleari stannea, turribulum ex aurichalco, baptisteria aenea duo, unum in maiori ecclesia, alterum in capella s. Annae. Ahenum pro aqua benedicta, campanae tres, tintinabula 4, cassulae 13 varii coloris, pluvialia duo, baldachinum ex materia dicta kędza, antependia 2 ex materia, duo autem depicta, superpellicea duo, missalia duo novae editionis indigent reparatione et additione festorum, graduale, antiphonarium, psalterium indigent reparatione. Portatile unum consecratum, alterum violatum, imagines 15.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Nicolaus Silnicki a comite a Promnic libero barone Plesnensi praesentatus, qui habet ex villa Lendziny decimam manipulearem integram, ut patet ex erectione huius ecclesiae, nunc autem nescitur, qua de causa non recipit nisi ex quatuor seminibus siligine, tritico, hordeo et avena. Est praeterea in hac villa praedium tl. comitis, ex quo debetur decima manipularis omnis grani et seminis, pro qua solvunt pecunia cum maximo detrimento ecclesiae. Item aliud praedium vulgo dictum Kielkowy, ex illo nihil percipit tl. parochus, qui dicunt, illud esse fundatum in agris novalibus. In villa Sciernie tl. Rożycki debetur decima iuxta Librum Beneficiorum et Relaxationum, a rusticis tantum missalia. Ex villa Urbanowice debetur decima manipularis omnis grani et seminis, haec tamen non extraditur. Ex villa Iemielnie post medietatem agrorum accipit parochus in Lendziny. Ex villa Jaworzno et Ciężkowice decima manipularis solvitur. Ex Chełm, Iemielnie, Sciernie, Boiszowy et Bieron quidem praetendit sibi deberi missalia siliginis unum maldratum, avenae vero quatuor cum medio mensurae Plesnensis, quorum non est in possessione. Ex villa Szczakowa decima pecuniaria solvitur. In ipsa villa extructa est capella s. Annae, quae nullam dotem habet. In hac parochia nulli sunt haeretici.

Villa Tychy

Ecclesia parochialis Tychynensis lignea intrinsecus totaliter depicta tituli s. Mariae Magdalенаe et s. Nicolai, episcopi et confessoris. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum Omnium Sanctorum. Altaria sunt tria, calix unus deauratus argenteus, secundus stanneus. Pixis ex aurichalco pro sanctissimae Eucharistiae Sacramento cum velo. Portatile lapideum, baptiste-

rium lapideum, chrismale stanneum, tintinabula duo, campanile satis desolatum, in quo sunt tres campanae iam confractae, missale unum, alterum antiquae editionis, rituale novum, cassulae tres, rubri coloris duae, tertia viridis. Tres aliae non sunt in usu. Superpellicea duo, antependia 3, vexilla 3.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Lucas Białorytkowicz, praesentatus a tl. comite Plesnensi, qui pro dote ecclesiae suae habet agrum longitudinis 14 stadiorum, latitudinis vero 26 sulcorum ex una parte Martini Mamwel, ex altera Melchioris Małkol. Post istum agrum habet pratum, sed satis madidum. Item aliud pratum supra stagnum, dictum w Mostkach, quod stagnum cum alle-ro, dicto Marzana, pertinet ad ecclesiam. Item habet missalia ab incolis villae Tychy siliginis coretos 71, avenae 69, ex praedio autem siliginis 12, avenae 12, ab incolis villae Paprocany siliginis coretos 5, avenae 48. Rector scholae habet hortum latitudinis eiusdem prout ager parochi. In hac parochia plures sunt haeretici quam catholici.

Oppidum Plesna

Ecclesia parochialis Plesnensis est de lapidibus extracta tituli Sanctorum Omnium, nescitur, an sit consecrata, in manibus enim haeticorum per multos annos fuerat et ab eis omnis supellectilis tam aureae quam argenteae necnon caeteris ornamentis penitus spoliata. Habet in se tria altaria. Primus maius Omnium Sanctorum, secundum Christi in horto orantis, tertium s. Crucis nuper ex capella haeticorum acceptum. Sepimentum ecclesiae nullum. Collator istius ecclesiae liber baro Plesnensis unicus. Gymnasium penes hanc ecclesiam invenitur, satis commode extractum, necnon domus parochialis. Supellex ecclesiastica antiqua: Calix unus argenteus cum patina deaurata, pixis argentea intus et ab extra deaurata, candelabrorum ex aurichalco paria 4, item parvorum par unum, stanneorum par unum, candelabrum maius pensile in medio templi, lampas ante maius altare pensilis, vasculum pro sacris liquoribus, lagena pro vino stannea, campanae cum signante 4, ampullarum stannearum par unum, alterum noviter comparatum cum pelvi, vas aeneum pro aqua benedicta, cassulae duae de materia vulgo dicta kędza coloris albi cum stolis et manipulo uno, cassulae ex tela damascena rubri coloris cum pluviali eiusdem coloris et materia comparata 1656, cassula violacei coloris ex tela damascena cum stola et manipulo eodem anno donata, cassula ex holoserico nigri coloris cum stola et manipulo. Praeterea sunt aliae tres ex antiquis materiis sine stolis et manipulis, baldachinum ex materia dicta hankowa, antependia viridis coloris tria ex serico, item flavi coloris sericea 2, item depictum unum, vexillorum par unum, albae 3, superpellicea 2, mappae ad contegenda altaria 21, mantilia noviter comparata 3, simplicia 35, subcorporalia 8, fimbriae apposibiles ad mappas 3, missale novum unum, rituale, psalterium, graduale, vela calicis ex serico 5, corporalia 4, purificatoria 8. Alia supellex post conversionem ad fidem catholicam piissimae memoriae Erdmani Leopoldi comitis a Promnic, liberi baronis Plesnensis accepta ex capella lutharana, quae fuerat in arce Plesnensi, duo calices argentei intus et extra deaurati cum patinis, ex quibus unus conversus in monstratorium, cantharus argenteus, qui etiam conversus in monstratorium. Altare s. Crucis arte sculptoria fabrefactum et satis pulchre pictum ac deauratum, cathedra seu ambona arte sculptoria pulcherrime facta et deaurata, organum cum duplici claviatura ac choro novo, imagines numero 16, candelabrorum ex aeneo paria duo, mappae ex tela pulchra duae, tegamenta pro fonte baptismali duo, a praefato tl. comite specialiter ecclesiae donata cistula cum omnibus requisitis ad tremendum missae sacrificium cum calice argenteo et patina intus et extra deauratis, urceolis et pelvi argenteis, purificatoriis duobus, corporalibus tribus, pallae varii coloris, velis duobus sericeis, bursa una, cruce aenea deaurata, planeta sericea, quae est una ex parte varii coloris, ex altera nigri, albis duobus et humeralibus, cingulis duobus, mappis duabus, antependio uno sericeo, portatili, missali, candelabris duobus et campanula. Praeterea est et alia supellex tum sumptis benefactorum,

k. 364v

tum etiam ipsius ecclesiae impensis procurata: cassulae tres, prima albi coloris materiae turcielae ad instar telae argenteae, altera viridis florizata, tertia itidem viridis sericea, pluviale violaceum ex materia dicta terciarella, donatum a tl. Jankowska. Mappae diversae picturae septem, albae cum humeralibus quinque, antependia picta 5, monstratorium cura tl. parochi ex argento ecclesiastico noviter comparatum deauratum.

- k. 365r Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Rakowski, institutus a tl. episcopo cracoviensi, qui pro dote ecclesiae suae habet agros magna ex parte divisos inter haereticos. Alii adiacent praediolo in Starawieś nuper aedificato, ubi laneus unus est latitudinis a domo centum, post viam vero circiter sexaginta sex sulcorum, longitudinis quindecim stadiorum, piscinas quinque, reliquas vero desolatas. Item ex praedio tl. comitis Siedlec dicto recipit metretas siliginis quinque et unum coretum, totidem et avenae. Ex civitate Plesnensi metretas siliginis undecim, totidem et avenae, ex pago Starowieś metretas siliginis quatuordecim, totidem avenae, ex pago Jankowice metretas siliginis quinque, totidem avenae, ex pago Piasek metretas siliginis quatuor et corelos tres, totidem avenae, ex pago Cielmice a quindecim cmethonibus decima manipularis, ex pago Radoszowice a sex cmethonibus decima manipularis, ex pago Czarkow decima manipularis a sex cmethonibus. Praeterea solvitur census per magistratum Plesnensem singulis annis talerorum silesiticorum septemdecim, idque media pars pro festo s. Georgii et altera pars pro festo s. Michaelis Archangeli. Ex bonis Grebloviensis, solvuntur taleri silesitici acto, ex bonis Sluseri taleri silesitici duo, ex bonis Joannis Staison talerus silesiticus unus et grossi 12, ex bonis Georgii Ralus talerus silesiticus unus et grossi 12, ex bonis Gierszowianis talerus silesiticus unus, grossi 12, ex aliis bonis duo taleri silesitici et grossi 18, ex bonis Bilkowski taleri silesitici quinque, grossi 21, ex villa Orzesze duodecim taleri silesitici, ex villa Bzie duodecim taleri silesitici. Est praeterea ex antiquo ad ecclesiam parochialem Plesnensem pertinens decima ex villa Boiszowy, quam tl. Petrus Myszkowski, episcopus cracoviensis, durante haeresi transtulerat ad ecclesiam Boiszowiensem, quam nunc percipit parochus Boiszowiensis, sed cum praeiudicio ecclesiae Plesnensis. Constat enim ex antiquis scriptis fuisse penes hanc ecclesiam quatuor mansionarios, qui cursum B.M.V. in choro cantabant, altaristas duos necnon confraternitatem s. Rosarii, sed ubi haec quaerenda non est nodus. Penes hanc ecclesiam parochialem in oppido est hospitale muratum, quod habet satis copiosam fundationem pro 24 personis in eodem hospitali alendis ex ordinatione pia memoriae tl. Balthasari Promnic, episcopi wratislaviensis. Provisor lutheranus rationem proventuum non facit, qui omnino pellendus est. Est et aliud hospitale extra civitatem at eius proventus nullus. Spargitur fuisse olim opulentum, sed avara haeresis totum id devoravit. Insuper in villa Goczałkowice est ecclesia tituli s. Georgii, dicitur fuisse olim parochialis, sed ob exiuitatem proventuum adiuncta est Plesnensi ecclesiae. Habet altare unum, quatuor planetas, calicem unum argenteum cum patina, purificatoria duo, missale unum. In hac villa inveniuntur ad confessionem paschalem ducentae personae. Parochiales villae: Stara Wieś, Poremba, Radoszowice, Czarkow, Cielmice, Jankowice, Studzienice, Kobiór, et oppidum Plesnense. Ad communionem paschalem sunt personae 845. Hanc visitationem in decanatu Plesnensi expediverunt tl. Joannes Rakowski, decanus Plesnensis cum tl. Alberto Chładowicz, parochus Łęcensi, notario.
- k. 365v

DECRETA REFORMATIONES PRO DECANATU PLESNENSI

Łęcensi parochi: Sepimentum contegat circa ecclesiam. Curet quamprimum consecrationem ecclesiae fieri. Libros rituales Romanos procuret. Parochi in Wisła Niemiecka: Minorem chorum templi fulciat collabentem. Totius templi tectum renovet. Libros rituales Romani et alios ad cantum spectantes comparet. Pecuniam ecclesiae rusticis mutuo commodatam recuperet.

Parocho Breszczeni: Rinas tecti in templo obstruat, vas vel pixidem pro venerabili Sacramento velo decentiori contegat. Libros ad cantum graduale, psalterium, antiphonarium comparet. Regestrum debitorum ecclesiae duplex pro se unum et pro vitricis alium conficiat et conscribat. Bona ecclesiae, de quibus saepe instituit querelas, iure iuxta iuramentum circa institutionem factum vindicet.

Parocho Suszeczensi: Ecclesiam intus omnino decentius exornet, antependia ad altaria itemque toboleas atque imagines decoras procuret. Ciborium in altari maiori, ut est moris, extruat, illud autem quod est instar columbarii ex templo eiciat. Tectum templi iam satis vetustum reficiat. Ossarium semidirutum noviter extruat. Vitricos duos constituat tl. Burgrafio adhibito. Regestrum debitorum duplex, unum pro se alterum pro vitricis conficiat, in ipso iuxta constitutiones synodales oblata, personas offerentium, tempus et quotam oblationum, ne ipsis possit apponi usurpatio necnon eorum distributiones seu dispensationes conscribat ac in posterum conscribi curet accurate.

Wosczyceński parocho: Templum ut de novo aedificetur expostulet cum collatoribus, nam alius modus eam aedificandi non est ob summam penuriam proventuum ecclesiasticorum. Ciborium, quod est instar columbarii eiciat et aliud in altarii maiori confici faciat. Scholam noviter extructam ut incolae et alii parochiani iuxta consuetudinem in Silesia receptam contegant aeriter urgeat. Calicem ecclesiae a tl. Adamo Wielopolski detentum recuperet. Vitricos ecclesiae ordinet et constituat. k. 366r

Mokrensi parocho: Sepimenta coemeterii diruta restauret, schola ut aedificetur procuret. Libros ad cantum graduale, antiphonarium et psalterium comparet. Ciborium nudum nec depictum decentius intus et extra exornet. Baptisterium instar labri ex templo eiciat et aliud decentius confici faciat. Vitricos binos constituat, ab eis quotannis rationes excipiat, confectis duobus regestris.

Mikulowiensi parocho: Scholam collabentem ut magistratus Mikuloviensis reficiat iuxta consuetudinem in Silesia observari solitam, quam diligentissime urgeat. Antiphonarium et graduale ad usum ecclesiae comparet. Ossa collecta ex ossario in tumulum deponat. Cum administratoribus ratione hospitalis Mikuloviensis expostulet, ut pecuniam a multis annis detentam a debitoribus recuperent praenominato hospitali.

Tychyensi parocho: Baptisterium instar labri turpe et informe eiciat ex templo et aliud decentius procuret, campanas duas fractas refici curabit. Inventarium rerum ecclesiasticarum conficiet et penes ecclesiam habebit semper. Apparamenta ecclesiae decentius servabit. Purificatoria mundiora procurabit. Regestrum debitorum ecclesiae duplex conficiet, unum penes se retinebit et aliud dabit vitricis. A vitricis exigit rationes iuxta morem liberi baronatus Plesnensis. In posterum oblata et dispensationes seu distributiones eorundem in registro suo conscribat, in alio autem similiter vitrici. Fornacem, fenestras in domo parochiali omnino extruat.

Lendzinensi parocho: Sacristiam pro rebus ecclesiae servandis procuret, cum in domo privata servare easdem periculum sit ratione incendii. In coemeterio ecclesiae parochialis pecora non foveat. Capellam s. Annae integre sepimento obducatur. Bona ecclesiastica distracta per haeresiam iuxta iuramentum circa institutionem factum iure vindicabit.

Chelmensi parocho: Campanile foraminibus scabens reficiat. Corporalia, purificatoria mundiora procuret, scholam aedificet.

Beronensi parocho: Libros graduales ad cantum procuret. Scholam extrui faciat. Sepimenta circa ecclesiam reparet. Bona ecclesiae alienata et proventus etiam iure iuxta iuramentum circa institutionem factum vindicet.

Boiszowiensi parocho: Sepimenta circa ecclesiam denudata contegat.

Miedzinensi parocho: Funera haeticorum non comitetur. Vas pro servando venerabili Sacramento decentius acquirat. Baptisterium ecclesiae Rzaviensi restituat. Scamna templi elegantiora extrui procuret. Scholiregam a servitiis eccle-

siasticis amoveat. Horreum scholae ut reparetur iuxta consuetudinem Silesiae cum incolis expostulet.

Cwiklicensi parochio: Libros ad cantum ecclesiasticum spectantes comparet. Sine altari portatile nisi ecclesiam docuerit inviolatam esse, aut compertum habuerit mensam immunem extitisse a vi et oppresione haeretica.

VISITATIO EXTERIOR IN DECANATU BYTHOMIENSI FACTA

A.D. 1665

246 *Oppidum Wozniki*

Habet ecclesiam muratam tituli s. Catharinae, virginis et martyris, iurispatronatus comitis de Gaszyn, in qua sunt tria, maius altare consecratum, minora vero certe nescitur, utrum sint consecrata an non. In maiori altari est ciborium minus ornatum et decens, de renovatione venerabilis Sacramenti nulla nota fuit. Baptisterium non bene munitum, in aqua baptismali vermes nonnullos suffocatos vidi mus. Istius ecclesiae dedicatio celebratur proxima dominica post festum s. Hedwigis. Pavimentum ecclesiae non adaequatum, fores ecclesiae non bene munitae, nisi sera una clauduntur.

Argentum et alia supellex ecclesiastica. Calices duo, unus totus deauratus cum patina, alter vero tantum cuppam habet deauratam et patinam superius deauratam. Monstratorium cupreum cum tribus circulis instar solis radiorum, quorum duo deargentati, tertius vero infimus deauratus. Melchisidech totum argenteum, deauratum. Crux argentea una, ex parte continens figuram Crucifixi, ex altera vero reliquas s. Mauricii martyris. Pixis ex aurichalco deaurata pro venerabili Sacramento, sed fracta in pede, ideo propter periculum usui non est apta. Cassulae sunt varii coloris quinque. Pluviale unum ex materia dicta Kędza, bursae 6, vela 6, corporalia 4, mappae 17, mantilia 4, syndones 7, superpellicea 2, albae 4, antependia 3, unum sericeum rubei coloris, duo diversi coloris, tapes unus diversi coloris pro ambona exornanda. Cingula tres, baldachinus cum fimbriis sericeis rubei coloris, vexilla duo rubea, duo cerulea, portatilia tria, athena pro aqua baptismali et aqua benedicta ad aspergendum tria, campanae cum signante quatuor, tintinabula tria, candelabrum maius pensile ante altare, candelabra stannea duo, rituale romanum noviter comparatum, antiphonarium et organa noviter comparata, pannus nigri coloris ad operiendum feretrum, missale romanum unum, alterum antiquum, armillum pro conservandis rebus ecclesiasticis in sacristia, item duae cistae pro eodem usu, libri post obitum tl. Adami Wiewierkowic ecclesiae Woznicensi applicati sunt in registro ecclesiae descripti.

- Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Paulus Zgorkowic, actu presbyter, praesentatus a legitimo collatore tl. Melchiore Ferdinando comite de Gaszyn, institutus 13 iunii 1663-ti. Erectionem ecclesiae suae non habet, nisi extractum ex Libris Beneficiorum. Missaliorum non est in usu, ut est praescriptum, nisi quinquaginta coretos siliginis accipit, totidem et avenae. Decima manipularis de agris adiacentibus, etsi de iure habetur, eandem non percipit, quia ipsi denegatur per haeredem. Medius laneus, qui sub villa Głazowska dicta per haeredem abalienatus est, itidem et alter medius laneus, in campo Zagłoszce dicto, raptus. Item in Staromiescie ager certus cum prato et piscinula cum maximo praeiudicio
- 247 ecclesiae per haeredem detinetur. Extra civitatem versus septemtrionem est sacellum s. Valentinii ligneum, pro cuius restauratione etsi habeant tl. Consules debitum proventum, tamen illud sepimentis circumducere non curant. In hoc oppido est xenodochium pro pauperibus elemosynariis constructum, cuius proventus recipiunt tl. Consules et calculationem non faciunt. Ad illam ecclesiam parochialem est nova fundatio facta per tl. Melchiorem Ferdinandum comitem de Gaszyn, inscriptum in arce Koznicen super molendino prope Miotkowa Kuznica, ex quo molendino annuatim proveniunt quatuor taleri silesitici. In hac parochia sunt adhuc nonnulli haeretici. Ad communionem vero paschalem circiter 500 animae.

Villa Lubcza

Habet ecclesiam ex lapide fornice in minori choro clausam tituli s. Jacobi apostoli, dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum Nativitatis B.M.V., in qua sunt altaria dubitatur an consecrata. Parietes ecclesiae araneorum toto infecti ab infra, ab extra vero ruinosi, fenestrae notabiliter excussae, versus altare maius murus proximus ruinae, tectum maxime stillicidans et alia omnia in malo ordine sunt adinventae, fracta, pulveribus aspersa et faeda. Habet calicem argenteum intus tantum deauratum, pixidem stanneam cum operculo pulveribus conspersam, cassulas tantum duas, corporalia tria et haec lacerata. Pluviale deest, asserit tl. plebanus in manibus tl. Alberti Bartnikowic esse florenos triginta pro pluviali. Albas tres immundas satis. Rituale plebanus non habet, nisi in aliquot chartis turpiter scriptas benedictiones et modum baptizandi habet. Caeteras benedictiones nescitur ex quo absolvit, siquidem eas memoriter nescit. Antiphonarium non habet nisi aliquot chartas manu scriptas, idque notabiliter conscissas. Graduale et psalterium indigent reparatione.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Simon Nowakowic, praesentatus a tl. Trepkow et Joanne de Jaroszyn Jarocki de Kamienica, institutus a. 1661, 26 octobris, qui erectionem ecclesiae suae nullam habet nec extractum ex Libris Beneficiorum aut Retaxationum nec ullum decretum in causis proventus ecclesiae. Tantum tl. Georgius Ptakowski ad praesentem actum visitationis nostrae accessit, qui produxit authenticas litteras, in quibus proventus ecclesiae Lubcensis notatus fuit. Ex Kamienica, Boronow, Babienice, Psary et Lgota decima pecunia redimitur. In Babienica et Lubcza de agris praedialibus et desertis decima manipularis. Missalia de tota parochia duo maldrata cum uno et medio metreta siliginis, totidem et avenae. Uti videre est melius in Libris Beneficiorum, Retaxationum ecclesiae cathedralis Cracoviensis. Habet et pratum, cuius medietatem nobilis Balthasar Frankiemberg rapuit, quam recuperare tl. parochus non curat. In residentia sua parochiali nonnisi unum hypocaustum habet et pro se et pro familia, stabula vero et media pars domus per negligentiam familiae tl. parochi igne absumpta sunt.

Villa Zyglin

248

Ecclesia ipsa lignea in colle oneroso posita extra villam ad orientem. Iurispatronatus supremae Camerae Suae Caesaris Majestatis, tituli Nativitatis B.M.V. Haec ecclesia iam est proxima ruinae propter imperitionem imbrum, nam tectum est maxime stillicidans, atriola circa parietes ecclesiae collabentia, sepimentum coemiterii diruta ita, ut ex omnibus partibus pecudibus liber pateat additus. Campanile nimis ruinosum et periculosum. In hac ecclesia sunt calices duo deaurati cum patinis, pixis argentea deaurata, nondum benedicta, pixis altera ex aurichalco cum operculo. Cassulae quatuor, antependia quatuor, sed tria iam lacerata, albae duae cum humeralibus, mappae novem. Tobalea una auro et serico contexta, mantilia quatuor, purificatoria octo, superpelliceum unum. Campanae cum signante tres. Missale et rituale.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Laurentius Nowakowic, institutus 12 II 1653, qui pro dote sua habet agros in multis locis. In primo loco versus residentiam suam ager dictus Niwka tendens ad Parvum Zyglinek. In secundo loco laneus ad montes Zyglinenses trium stadiorum longitudinis, latitudinis 19 sulcorum. In tertio loco ager stadiorum septem, sulcorum latitudinis 18. In quarto loco post ecclesiam additamentum alias Przymiarek latitudinis sulcorum 8, longitudinis 5 stadiorum. In quinto loco versus Brynica ex utrisque partibus via publica. In sexto loco est ager penes viam publicam ante residentiam parochi, quem ad praesens tenet quidam scultetus publicus vero, fert rumor istum agrum pertinuisse ad scholiregam. Habet et prata duo. Item habet decimas manipulares in Swierklaniec, in Kozłowa Góra de agris praedialibus, in Nakło de agris praedialibus, in Orzech ab uno cmethone decimam manipularem. Ex certis agris, qui vocantur Lgota decimam manipularem non vindicat nec vindicare curat.

Missalia recipit ab incolis ex Magno Żyglin et ex Parvo et ex Hiechlo. Habet et domum plebanalem ruinosam cum horreo et horto. Domus pro scholirega deest.

Oppidum Gory Tarnowskie

Habet ecclesiam muratam non consecratam. In hac sunt altaria itidem non consecrata. Ciborium non bene munitum, ideo in pixide non asservatur venerabile Sacramentum. Tectum ecclesiae non bene sartum et patet pluviis in aliquibus locis. Psalterium laceratum et concisum. Graduale non est. Calices habet tres argenteos, pixidem argenteam, pulchram, et crucem unam. Vasa pro aqua benedicta ex aere duo. Cassulae varii coloris 9, pluviale unum rubei coloris, albas 5, antependia 9, bursas 7, corporalia 9, vexilla 5, tintinabula 8, mappas 12, superpellicea 4, monstratorium, missale, portatile, purificatoria 10, vela 11, lyrani 6 tomi, Angelus de casibus conscientiae, mantilia tria.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Martinus Guttsman, actu presbyter, praesentatus a suprema Camera Suae Caesareae Majestatis et legitime institutus in parochum a. 1662 1 VII, qui ratione laborum suorum a tl. Senatu Tarnomontano pro qualibet septimana percipit florenos quatuor et grossos 24 polonicales et pro quolibet semestri florenos 15 polonicales. Possidet etiam duos laneos agri et unum hortum. Residentiam decentem et amplam habet, sed pro vicario ruinosam, quem ad praesens non fovet. Senatus civitatis ex antiquo salaria solvit servis ecclesiae, sed eos tl. plebanus procurat et praesentat.

Villa Tarnowice

Habet ecclesiam tituli s. Martini. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum s. Aegidii. Iurispatronatus haeredum villae. Huius ecclesiae director fuit tl. Stanislaus Plotowski, actu presbyter, legitime institutus, sed ex malitia tl. collatorum ab ecclesia pulsus et bona ipsius omnia sunt per eosdem discerpta et tota supellex domestica. In hac ecclesia sunt altaria non consecrata, tectum ecclesiae non bene sartum et alia deficiente legitimo gubernatore ecclesiae inordinate reperta sunt. Habet haec ecclesia calicem unum argenteum cum patina, alterum stanneum, cassulas tres, albas duas, mappas 9, mantilia 5, pannus nigri coloris ad operiendum feretrum. Domus plebanalis devastata, fores, fenestrae, sepimenta, fornaces, holodia penitus diruta. Manet tamen circa hanc ecclesiam propter administrationem sacramentorum sacerdos religiosus ordinis s. Francisci Ignatius Korszak, ab officio assignatus, qui nulla iura ecclesiae nobis demonstravit, sed tl. Wenceslaus Januszowski alias Ohm de manibus suis praesentavit erectionem ecclesiae, de cuius contextu cognitum est hanc ecclesiam pro rectore suo habere agri duos laneos. Decimam manipularem omnis grani et seminis post agros praediales in Tarnowice, in Pniowiec, in Lasowice, in Segeth alias in Zazastaw, in ferricudina Piaseczna dicta. Missalia in Tarnowice post agros cmethonales, Rybna, Opatkowice, Pniowiec, in Lasowice, Sowice. Item habet grossum s. Petri. Erectio haec facta a.D. 1415. Habet etiam ius decimandi post agros civitatis Tarnomontanae, sed non est in usu.

Villa Repty

Habet ecclesiam lapideam tituli s. Nicolai confessoris et pontificis. Dedicationis eius dies celebratur dominica proxima post festum s. Mathaei apostoli. Pavimentum istius ecclesiae in aliquibus locis perniciosum. Fenestrae fractae non tamen notabiliter, gradus altarium indigent contignatione. Coemiterii sepimenta non tecta et aliis in rebus opus est reformatione. Habet haec ecclesia calicem unum argenteum cum patina deauratum, alterum calicem stanneum, itidem deauratum. Crucem novam argenteam in aliquibus partibus locatim deauratam, monstratorium argenteum cum Melchisidech, candelabra aurichalcea mensalia duo et aliud candelabrum pensile maius ante altare. Campanae tres cum signante. Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Petrus Urbicki, institutus a. 1659, 9 IV ad praesentationem tl. Reginae Zyskowicowa necnon Joannis et Nicolai

Zyskowiców, qui erectionem ecclesiae non habet, nec ullum extractum ex Libris Beneficiorum. Ad praesens tantum est in usu et possessione missaliorum post agros cmethonales in Repty et in Ptakowice, in Stolarzowice et Bobrowniki. Decimam habet post agros praediales in Repty et agrum unius cmethonis. In Segeth ex certis agris habet decimam manipularem, quos etiam possident et cmethones. Agri parochiales abalienati sunt per haereticos quondam, quos nunc possidet tl. Joannes Zyskowic.

Villa Miechowice

250

Habet ecclesiam muratam, utrum consecratam nescitur, tituli s. Crucis. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum s. Hedwigis. Iurispatronatus tl. Joannis Koszembar. In hac ecclesia quoad decentiam et munditiam omnia indigent reformatione. Habet calicem unum stanneum cum patina in toto deauratum, pixidem ex eodem metallo, campanas duas, tintinabula 3, cassulas 3, superpelliceum unum, albas cum humeralibus 2, mappas 6, monstratorium unum, ahenula pro aqua benedicta duo, missale unum, rituale romanum, reconditorium pro asservandis rebus ecclesiasticis.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Paulus Krolik, institutus, qui erectionem ecclesiae suae non habet nec ullum extractum ex Libris Beneficiorum. Solummodo exiguos satis recipit proventus. Ex agris cmethonalibus in praediales conversis haereditatis tl. Koszembar missaliorum recipit siliginis mensuras 12, avenae 12. Item ex agris cmethonalibus omnibus recipit mensuras alias Wiertelci ex quolibet agro siliginis 4 avenae 4. Alii vero utpote Grycz et tabernator ex eo, quia plus agrorum quam alii possident, extradunt quilibet eorum pro festo s. Martini mensuras siliginis 6, avenae 6. Hortulani ex antiquo usu et consuetudine solent extradere unusquisque eorum unam mensuram siliginis, alteram avenae. Ex haereditate tl. Wilhelmi Kiczka a subditis missalia extraduntur eo modo, sicut in haereditate tl. Koszembar, modo hi agri non conseminantur. Ex villa Bobrek extradebantur missalia, sed modo propter egestatem et devastationem nihil accipit parochus. Ex villa Rokietnica a subditis missalia extraduntur. Habet etiam domum pro residentia sua cum horto.

Villa Mikulczyce

Habet ecclesiam ligneam intus satis ornatam variis imaginibus et sumptuosis, extra tamen in certis locis indigentem restauratione. Haec ecclesia est consecrata tituli s. Laurentii. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum s. Mathaei. Habet calicem argenteum cum patina deauratum, pixidem argenteam intus tantum deauratam, monstratorium aereum. Vas pro sacris oleis stanneum, urceolos duos ex eodem metallo, cassulas varii coloris 10, antependium rubei coloris noviter comparatum, ahenulum pro aqua benedicta, alterum in baptisterio, vela calicium 5, albas 2, superpelliceum, cista pro asservanda suppellectili ecclesiastica.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Adamus Swiechowiec, praesentatus a tl. Joanne Ziemecki, Valentino Kawocz et Joanne Wolf Kochcicki, collatoribus legitimis, institutus a. 1655, 2 X, qui erectionem ecclesiae suae non habet neque alia iura. Recipit tamen ex usu et consuetudine antiqua a quolibet cmethone de villa Mikulczyce ratione missaliorum mensuras alias wiertelci siliginis duas, totidem et avenae. Cmehones autem sunt 40. Ex praedio ratione decem agrorum cmethonalium ad praediales annexorum per dominos fundi extraduntur mensurae siliginis 40, totidem et avenae. Mensura autem debet esse Bythomiensis. Habet etiam agrum stadiorum 16, pratum unum et grossum s. Petri. Habet etiam domum residentialem, iam quidem in parte desolatam cum horreo et horto.

Villa Biskupice

260 (!)

Habet ecclesiam ligneam intus depictam tituli s. Joannis Baptistae. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum Omnium Sanctorum. Altaria non

sunt consecrata, nisi in portatilibus celebratur. Calicem habet unum argenteum. Pixis ex aurichalco. Sepimentum coemiterii non perfecte adhuc conlectum. Alia vero in bono tamen ordine sunt adinventata.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Morawski, actu presbyter, legitime institutus anno 1654 ex praesentatione tl. Mariannae de Bielska, qui erectionem ecclesiae nullam quidem habet, sed ex consuetudine antiqua percipit missalia post agros cmethonum in villa Biskupice, item post agros cmethonum in villa Zaborze. Item percipit decimam post agros praediales, pro qua solvuntur floreni 19. Possidet etiam agros, quorum stadia sunt 15, prata duo, piscinulam unam et hortum. Habet et domum parochialem sumptibus propriis noviter reaedificatam.

Villa Bielkowitz (!)

Habet ecclesiam ligneam tituli Omnium Sanctorum. Dedicationis dies celebratur post festum s. Bartholomaei apostoli. Altaria non sunt consecrata. In portatilibus celebratur. Sepimenta coemiterii ex una parte non sunt. Psalterium, graduale, antiphonarium deest et alia meliori ordine indigent. Habet calicem unum argenteum deauratum. Pixidem argenteam reparatione indigentem.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens regimen ecclesiae tenet per commendam officiose sibi datam tl. Paulus Krolik, plebanus Miechowicensis. Ad hanc ecclesiam pertinentes agri sunt in tribus locis per quinque stadia in longum, latitudinis sexdecim sulcorum, idque inter agros incolarum, in tertio autem loco ad quinque stadia habet adiunctum agrum, qui dicitur Niwa. Habet pratum unum et hortum ad domum plebanalem existentem. Possidet etiam decimam manipulem de agris praedialibus versus tabernam iacentibus, sed nisi siligo et avena decimatur. Alia autem semina non item. Haec decima pro melioratione fructuum per nobiles quosdam dominos Georgium Rajski et Georgium Bielkowski data et donata ecclesiae. Item missalia extraduntur ex tota villa ex agris viginti, ex quolibet agro per duas metretas siliginis et duas avenae. Denarius s. Petri per Paschale extraditur per quemlibet incolas. Tl. Georgius Rajski inscripsit ecclesiae et rectori eius florenos ducentos quadraginta polonicales, quos locavit super bonis tl. Victorini Będowski, a quibus proveniunt per 12 polonicales ad manus tl. parochi, idque respectu unius sacri, quod absolvit tl. plebanus qualibet septimana pro necessitatibus ecclesiae, provenit etiam florenus unus grossi 6 rectori scholae. Sunt etiam debita ecclesiae quoad tl. Severinum Rajski floreni 27 polonicales apud tl. Kiczka floreni 162, ratione quorum florenus annuatim datur interesse alias Widerkuf. Quilibet cmetho in annum currum unum lignorum pro necessitate parochi advehit. Tl. autem parochus habet liberam incisionem in silvis Bielcowensibus. Sunt et alia debita apud incolas Bielcowicenses, quae debita domini fundi in memoria bene tenent cum vitricis ecclesiae et ea vindicare submiserunt. Habet etiam vaccam unam, a qua solvitur annuus census pro fabrica ecclesiae. Domus plebanalis lignea facta, bene tamen tecta.

261 *Villa Kochłowiec*

Habet ecclesiam ligneam non dedicatam, in qua sunt cassulae 5, calix argenteus deauratus, antependia 3, mappae 10, albae cum humeralibus 2, mantilia 12, pixis stannea. Sepimenta coemeterii collapsa. Tectum ecclesiae in aliquibus locis pluviis pervium. Parietes ecclesiae nudi et squalidi. In omnibus prorsus meliori opus est cura et diligentia.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Stanislaus Turski, qui suae ecclesiae erectionem nullam habet. Ipsi incolae proventum parochi subministrant, nam antea ab annis 18 plus minus haec ecclesia ex capella mutata in parochialem ecclesiam ex consensu loci Ordinarii. Missalia ab omnibus incolis de villa Kochłowiec ex quolibet agro cmethonali metreta una et media siliginis extraditur, totidem et avenae. Item quilibet cmetho annualim pro festo

s. Georgii extradit florenum unum, hortulani vero per 12 grossos, inquilini per 6 grossos. Hic proventus vocatur Świętojurskie Pieniądze. Item est submissio incolarum Kochlovicensium de verbo et scripto ratione meliorationis, qui submiserunt se daturos pro quolibet anno supra antiquam summam Świętojurskie dictam florenos triginta. Item parochus possidet agros, ut erat ex antiquo. Ecclesia habet florenos 50 legatos per parochum Matthiam Skrabaczka, qui quidem floreni exstant super bonis Skrobaczewskie. De ferricudina dicta Mertkowa a quatuor hortulanis ab uno eorum mediam metretam siliginis et mediam avenae, ab aliis autem tribus metretam unam siliginis et unam avenae, a quolibet autem eorum per grossos 12. Ex Nowa Wieś quilibet incola extradit quartam partem metretae siliginis, totidem et avenae. Haec quarta pars dicitur Mierzycka. Ex villa Radoszow a quolibet incola per grossos 18. Ex villa Bykowina a quolibet incola per grossos 18 ab aliquis per 12. Habet ecclesia debita antiqua apud incolas et parochianos registrata a. 1661, 24 III. Rector ecclesiae percipit duos panes et sex grossos a quolibet incola Kochlovicensi, ex ferricudinis autem per unum panem et grossos 3, idque in annum. Possidet et hortum. Domus pro schola nulla est.

Civitas Bythom

Habet ecclesiam lapideam fornice et in maiori et in minori choro clausam, tituli Assumptionis B.M.V. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum s. Bartholomaei apostoli. In hac sunt altaria decem consecrata cum suis foundationibus, ut patet ex Libro Visitationum tl. Christophori Kazimirski, episcopi nominati Kiiowiensis, praepositi tarnowiensis. Parietes sunt squallidi araneorum telis infecti. Maius altare quassatum, supra quod magna fornix pars corruerat negligentia parochi. Templi tectum imbribus pervium. Ad latus dexterum maioris altaris iacent duo corpora in tumbis stanneis deauratis supra terram, quos rudes pro sanctis reputantes adorent et sunt corpora filiorum haereticorum. Epitaphia haereticorum in utrisque choris ecclesiae sunt. Clausura ecclesiae non bona. Argentum et alia supellex ecclesiastica: Calices argentei deaurati quatuor, quintus argenteus et deauratus, pertinens ad ecclesiam s. Margaritae in suburbio pigeoratus in Kamień in ecclesia. Pacificale argenteum Agni Dei ex argento, pacificale minus argenteum et deauratum, crux cum relictis sanctorum argentea, monstratorium argenteum, alterum ex aurichalco deauratum, pixis argentea deaurata, altera ex aurichalco, item alia pixis parva pro deferendo venerabili Sacramento ad infirmos, lampas ex aurichalco, candelabra pendula in medio ecclesiae duo, campanas tria, tintinabula duo, turribulum aurichalceum, navicella stannea, baptisterium plumbeum, lebes pro aqua benedicta cupreus, organa bona et integra, grana aurichalcea deaurata quatuor, grana quadrata cristallina 2, pluviale cum quatuor granis argenteis et 13 nodis argenteis, cassulae diversi coloris cum suis requisitis 12, albae cum humeralibus 9, mappae 35, mantilia 13, candelabra ex aurichalco 5, item candelabra mensalia 2, antependia 9, missalia 6, agenda 3, antiphonarium et graduale. Alia vero vasa aurea et argentea conflata quondam per haereticos et donata capitaneo Bythomiensi.

Provisio rectores ecclesiae. Ad praesens est frater Sigismundus Nigrinus, ordinis praemonstratensium de Wrocław, tertius post haeresim parochus. Sed haec ecclesia antiquitus pertinebat ad saeculares sacerdotes, ut constat ex certis authenticis demonstrationibus in manibus moderni parochi existentibus et ex testimonio fide dignarum personarum. Habet missalia pro dote sua ex 50 laneis oppidanorum, pro quibus nunc solvitur pecunia, id est de uno quoque laneo fertonem unum laterum grossorum dant cives. Habet et praedium et pratum. Item in suburbio habet multos homines (apparet esse subditos) habentes speciales agros, ut patet ex extracto de libris beneficiorum. Liber Relaxationum meminit hanc eandem ecclesiam habere de certis domibus oppidanorum et villis circumiacentibus census in vim reemptionis. In suburbio Bythomiensi

dicto Rosemberg missaliorum duo maldrata siliqinis, totidem et avenae. Et hoc addit, quia haec ecclesia est decani ruralis Bythomiensis. Item haec ecclesia habet ius donationum ab tl. quondam Joanne episcopo cracoviensi in decimam ad mensam episcopalem spectantem de villa Bobrowniki anno MCCCXXX quarto nonas maii. Habet etiam 200 florenos inscriptos pro necessitatibus capellae s. Trinitatis extra muros, quae capella pertinet ad ecclesiam B.M.V. Assumptae. Haec inscriptio super villa Świętosławice. Item a consulibus civitatis feria sexta aut sabbato percipit qualibet septimana florenos quatuor. Ex villa Bobrowniki solvitur pro decima manipulari pecunia. Ex Zychcice, Kropaczow, Ozegow, Łagiewniki pro manipulari decima solvitur pecuniaria. Ex molendino percipit unam metretam farinae siliginis pro qualibet septimana et pro quolibet festo solemni, id est pro Nativitate Domini, pro Paschate et pro Pentecostes medium coretum farinae triticeae. Possidet hortum ad aedes ecclesiae, piscinas 4, prata ad istas piscinas 4, quintum pratum ad ecclesiam s. Margarithae pertinens. In loco, dicto Male Pole, possidet certos mansos agri et in loco, dicto Wielkie Pole, possidet magnam partem agri, Wielka Niwa dictam, ad cuius agri culturam opus esset quinque arvis. Et quoniam huic agro satisfacere tl. parochus non potest, ideo illum pro certo pretio conducit agricolis. Est in usu strenua et aliarum consuetudinum. Antecessores moderni parochi fovebant vicarios saeculares in memoriam, quando saeculares ad hanc ecclesiam a principio erectionis semper instituebantur. Meminit charta pergamina in manibus moderni parochi existens, quod per haereticos cives Bythomienses submersi fuerant in aquis sacerdotes saeculares, qui ad ecclesiam Bythomiensem manserant anno 1363 et statim copiae argenti cessarunt. Habet in sua parochia homines ad confessionem paschalem circiter duo millia. Antiquitus in civitate Bythomiensi ex relatione ipsius tl. parochi duae parochiales ecclesiae fuerant, una infra muros, cuius descriptionem proventuum fecimus, penes quam semper saecularis parochus manebat et hic erat decanus ruralis Bythomiensis, altera extra muros ad plagam orientem s. Margarithae, et huius plebani fuerant religiosi ordinis praemonstratensium, per quorum incuriam est funditus eradicata. In hoc loco tl. patres praemonstratenses aedificaverunt domum, in qua paterfamilias manet, qui agrorum culturam spectantium quondam ad hanc ecclesiam s. Margarithae exercet. Hoc etiam patuit ex testimoniis tl. consulum Bythomiensium. Ecclesia igitur s. Margarithae habet sequentes proventus desumptos ex originali pergamento, quod extat in manibus moderni parochi Bythomiensis: Incolae suburbani civitatis Bythomiensis una cum Rosembergensibus ex mansis 120 et quarta una per fertonem unum latorum grossorum bohemicorum pragensium in quemlibet grossum octo ternarios numeri bohemicis computando secundum contractum a. 1490 die 26 iulii coram Officium Cracoviis factum. Facit taleros 68 grossos 4 et $\frac{1}{2}$. Rosembergenses hic habentur mansi 24 $\frac{1}{2}$, de quibus dant taleros 12 et grossos 26 bielza. Hic habentur mansi 29 quarta tres, de quibus taleri 14 grossi 31. Wielkie Pole hic habentur mansi 66, solvunt taleros 33. Funech Lanio de macello tl. abbati pro festo s. Martini tenetur reddere aut solvere unum lapidem sepi liquidi. Tres autem, qui in domunculis in monte habitant versus s. Margaritham, tendentur dare per 24 grossos. Dąbrowa civium Bythomiensium. In hac villa debetur decima manipularis. Cives vero ex suo allodio reddunt fertones 5, grossos 6 iuxta contractum. Omnes autem rustici a singulis mansis dant pro decima scotos 4. Villa Piekary Theutonicales. In hac tenentur dare decimam manipulare. In villa Brzozowice de una medietate iuxta contractum debent dare ex singulis laneis 8 latos grossos, ex altera parte per grossos 6, de allodio mediam marcam similiter latorum grossorum. Villa Ozegow item solvit decimam manipulare de omni grano exceptis pisis et milliis et simul congregatur in horreum cum straminibus. Loco columbationis pro festo Nativitatis Christi quilibet eorum tenetur unum coretum avenae, scultetus vero duos modos, unum siliginis, alterum avenae. In villa Sambierki secundum contractum tenetur pro decima dare unum fertonem poloni-

calium grossorum et habet mansos 30. In supradicta villa tenetur scultetus colligere petronalia. In hac villa non dant strenam tempore Natalis Domini, sed praepositus debet eos in eorum aedibus cum sacris reliquiis visitare. Villa Łagiewniki habet 30 mansos, de singulis eorum solvunt rustici pro decima secundum contractum unum fertonem latorum grossorum. Haeres vero huius villae de allodio tenetur dare decimam monipularem de quibusdam grano tritici, siliginis, hordei, avenae et pisae. Ratione columbationis pro festo Natalis Domini singuli rustici tenentur dare unum quartale seu coretum avenae et scultetus tenetur eam colligere in praesentia praepositi, ad quem et non ad alium debet descendere praepositus. Villa Kropaczow. In hac villa rustici habent mansos 12, de quibus decimam singuli tenentur praeposito secundum contractum dare grossos 6 latoś bohemicales et ratione columbationis per unum coretum avenae, de tritico vero allodii nobilium pro festo s. Martini per fertonem unum latorum grossorum pragensium antiquorum. Villa Świętochłowice habet mansos 14, de duobus tantum pro decima praepositus accipit unum fertonem similium grossorum latorum secundum contractum et pro festo Circumcisionis Domini loco columbationis quilibet eorum unam metretam avenae et scultetus tenetur eam colligere in praesentia presbyteri et hortulani quilibet eorum tenetur dare unam metretam avenae de duobus mansis et duos fertones, haeres autem huius villae singulis annis de suo praedio tenetur dare unam marcam. De praedio Minoris Świętochłowice tenetur dare dominus singulis annis mediam marcam et columbationem. In villa Bobrek secundum contractum de quolibet manso tenentur dare grossos latos sex pro decima. In villa Miechowice secundum contractum tenentur dare pro decima de quolibet laneo octo grossos bohemicales, suo vero plebano de duobus mansis ratione Sacramentorum in ecclesia parochiali. In villa Rokitnica decima manipularis accipitur. In villa Mikulcice tenentur dare decimam manipularem. Villa Bobrowniki in districtu Severiensi. In hac villa tenentur omnes rustici et haeres dare decimam manipularem. In villa Zychcice de quolibet manso tenentur dare fertonem episcopalem. Praedium in Biernatowice singulis annis pendit grossos 12 polonicales et de singulis laneis fertonem episcopalem bohemicorum grossorum latorum. Villa Sołowice tl. abbati s. Vincentii habet mansos 4, de quibus decimam manipularem tenentur reddere. De praedio in deserta Dąbrowa tl. abbatis s. Vincentii dare tenentur possessores unum fertonem episcopalem ratione decimae, quae donata est per Florianum, episcopum cracoviensem anno 1375. In villa Bytkow et Podstare debetur decima manipularis. Praeterea omnes molendinatores spectantes ad ecclesiam s. Margaritae pro festo Pascha praeposito tenentur dare quilibet seorsim duos coretos sive wiertelos farinae triticeae. Molendinatores sunt Podgajny, Rudyn, Ozegowski, Serwa. In Maiori Świętochłowice marca una. Item altare fratrum dat florenos 10 grossos 18. Altare s. Crucis ante suburbium taleros 8 grossos 28. De vicariatu solvunt taleros 8. Missalia ex Rosemberg duo maldrata siliginis, totidem avenae. De certis domibus in civitate taleros 6. De civitate Zorensi taleros 8. De tribus hortis taleros 4 et grossos 24. De allodio et agro parochiali taleros 4. De piscina taleros 2. Unus fertio continet in se 12 bohemicos grossos latos antiquorum pragensium, nostrorum vero bohemicorum 24, to iest cztery czeskie grosze y dwadzieścia. Et haec est provisio ecclesiarum Bythomiensium.

264

Villa Radzionkow

Habet ecclesiam ex lapide fornice in minori choro clausam. Campanile itidem lapideum. Haec ecclesia est tituli s. Georgii (!). Dedicationis dies celebratur pro festo Assumptionis B.M.V. Calicem tantum unum habet, in quo et celebrat tl. parochus et venerabile Sacramentum loco pixidis asservat. Altaria sunt tria ruinosae et squallidae. Fenestrae ecclesiae omnes contusae et ad piagam occidentalem nullae. Tectum imbribus pervium. Coemiterii sepimenta collapsa. Fores ecclesiae non bene munitae. Purificatoria duo atque immunda. Huius ecclesiae

parochus est tl. Andreas Rolski, actu presbyter, qui tum temporis, dum visitatio peragebatur, absens fuit, nec erat aliquis, a quo de proventibus ecclesiae informaremur.

Villa Piekary

Habet ecclesiam ligneam tituli s. Bartholomaei apostoli. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum Omnium Sanctorum. Altaria non sunt consecrata et lignea. In ea sunt cassulae tres, duae novae, tertia antiquitus comparata. Calix unus argenteus, intus tantum deauratus et patina per medium. Crux argentea fracta non habens superficiem. Monstratorium de cupro, calices duo stannei, mappae 7, corporalia 3, alba una, superpellicea 2, antependia 2, vestis viridis pro imagine B.M.V. tegenda.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Jacobus Rockowski, qui erectionem ecclesiae suae nullam habet, accipit tamen proventus hos: Imprimis possidet laneum unum agri et medium. Inter istos agros habet prata. Descriptio istorum agrorum huiusmodi: Primus ager post horreum tl. parochi 30 sulcorum usque ad fluvium protenditur cum pratis quattuor. Secundus ager ku Kunie 265 Młynarza 24 sulcorum octo stadiorum inter agros Adami Duras et Sobala cum uno prato inter stadia. Tertius ager ibidem inter agros Sobala et Alberti Struss sulcorum 18 et totidem stadiorum et unum pratum inter agros. Quartus ager iacet in loco dicto Xięstwo et Roskochow ad molla dictam Chula. In Xięstwo 26 sulcorum et in Rozkochow 24 et unum pratum. Quintus ager pod Lipką 24 sulcorum stadiorum 9. Sunt inter stadia prata tria. Sextus ager dictus Pułłanek 7 sulcorum et 4 stadiorum penes agrum Lendai et Waliska cum duobus pratis, protenditur iste ager usque ad limites Kozłowa Gora. Pro rectore scholae possidentur in triplici loco agri. Primus przy Maliczu et Walisz 7 sulcorum incipiendo a domo Korytko usque ad flumen cum uno prato ibidem sito. Secundus ager na Xięstwie y Rozkochow 12 sulcorum et 8 stadiorum. Tertius na Przedewsiu, ubi est locata Passio 7 sulcorum 4 stadiorum et in fine huius agri habet pratum parvum. Missalia percipiuntur ex villa Piekary post omnes agros cmethonales et scultetorum omnium. Item missalia ex agris cmethonalibus, quos tl. haeredes conseminant, non vindicantur et ex nonnullis agris subditorum, qui ob difficilem adeptionem iustitiae apud iudices sylesiticos nolunt extradere ea (!). Ad confessionem paschalem sunt personae circiter 200.

Villa Kamień

Habet ecclesiam lapideam in choro minori fornice clausam, in maiori autem asseribus, tituli ss. Petri et Pauli apostolorum. Dedicationis dies celebratur prima dominica post festum s. Mathaei. In hac omnia ordinate et decenter inventa sunt. Supellex ecclesiastica haec est: Monstratorium argenteum, ad quod corona cum gemmis deaurata. Calices 2 cum patinis deaurati, tertius tantum intus deauratus cum patina, crux argentea, pixis argentea deaurata intus pro venerabili Sacramento, turribulum argenteum cum navicella eiusdem metalli, urceoli 2 cum pelvicula ex argento, pacificale parvum, tabella votiva argentea cum appenso sibi opere deaurato, pixis ex aurichalco, lebes pro aqua benedicta, pelvis ex aëro in baptisterio, chrismale stanneum, urceoli stannei 4, cassulae 10, inter has 3 pretiosiores, pluvialia 2, corporalia 18, purificatoria 33, pallae 10, vela 9, albae 8, superpellicea 3, antependia varia 9, campanae 2, tintinabula 3, missalia 2, rituale romanum, antiphonarium, psalterium et graduale. Cista ferrea in toto, ubi asservatur argentum ecclesiae, altera lignea, instrumentum musicale 4 vocum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Thomas Galuskowic, institutus a. 1642, 21 V, qui pro dote ecclesiae suae habet decimam manipularum ex omnibus agris praedialibus ex locis dictis Zasosnie, Zadąbrowie, Poddąbrowie et versus Oparka et u Klina, ex praedio toto antiquo extra Brzeziny et ex agris molendinatorum et scultetorum ad praedium aggregatis. Cmehones sunt

10 in villa Kamień, solvunt annuatim ex unoquoque agro metretas siliginis 4 et avenae 4 miary wierzchowaney bytomskiey. Tabernator de Kamień missalia solvit metretas siliginis 2, totidem et avenae et haec missalia per certum contractum, factum per modernum parochum sine praeiudicio successoris, loco manipularis decimae extraduntur. Molendinator de Kamień extradit decimam manipulari ex 2 mansis. Simon Kusz ex agro amplo, de praedialibus agris sibi ex diviso extradit decimam manipulari. Villa Brzozowice ex praedio novo in 5 agris constituto extradit siliginis metretas alias wiertelci siliginis 6 et avenae 12. In hac villa Brzozowice sunt 4 cmethones, ex his 3, videlicet Zurek, Opara, Mdloch extradunt annuatim per metretam unam et mediam siliginis et avenae per tres metretas, quartus vero cmetho dictus Hatas duos wiertelones siliginis et avenae quatuor. In Koszęcin decima manipularis nunc solvitur septem taleris et 12 grossis sylesiticis. Ex praedio Paniowy decima manipularis non extraditur, sed redimitur 10 imperialibus annuatim, idque per contractum cum tl. plebano moderno. Habet etiam pro rectore scholae agros in tres consenationes divisos iuxta campos villae, unum dictum Łączyk, alterum versus Dąbrówka longitudinis 11 stadiorum latitudinis 15 sulcorum, tertium versus villam Brzozowice, Winnica dictum, longitudinis trium stadiorum, latitudinis plus quam 200 sulcorum. Habet animas curae sibi commissas 850. In villa Bobrowniki pertinente ad ecclesiam parochialem in Kamień est capella lignea, tectum habet notabiliter ventis contusum et pluviis pervium, quae indiget novorum fundamentorum subductione. Habet haec capella certam summam in Bobrowniki inemptam, a qua summa annuatim solvuntur florenorum 5. Ecclesia in Kamień habet noviter legatam summam florenorum 360 a quodam pastore ovium et uxore eius, quae summa nunc extat in manibus tl. Andreae Poniatowski, haeredis in Sarnow, et arendatoris villae Bobrowniki et Sączow. Super cuius summae veritate inductus testis Martinus Sliwecka annorum plus 60 obligatus in conscientia et elevatis duobus digitis in coelum recognovit, quia ipsum in anno praeterito tl. Eva Kędzkowa, proxima morti, bonorum suorum praefecit executores legans viva voce florenos 360 pro necessariis ecclesiae in Kamień, quos florenos depositos cum cista in civitate Bythomiensi adveniens tl. Andreas Poniatowski autoritate propria accepit et ecclesiae usque adhuc non restituit.

Villa Michałkowice

Ecclesiam habet ligneam tituli s. Michaelis Archangeli. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum s. Hedwigis. Supellex ecclesiae non inelegans reperta est. Monstratorium argenteum cum Melchisidech argenteo deaurato, crux argentea non parvae quantitatis locatim deaurata cum figura Christi crucifixi, calices tres, unus ex his in toto cum patina deauratus, urceoli duo argentei, pixis ex eodem metallo, altera pro deferendo ad infirmos venerabili Sacramento. Corona floribus depicta, ad quam appensus est aureus annulus. Particulae argenti sunt tres. Pixis ex aurichalco et calix ex eodem metallo, turribularium, candelabrum pensile, in quo possunt apponi candelae 6, lebetes aerei 2, campanae 2, tintinabula 3, 2 candelabra mensalia ex aurichalco, tertium stanneum. Cassulae varii coloris 8, pluvialia 2, corporalia 6, albae 2, superpellicia 3, mappae 24, tobuleae 3, antependia 3, missalia 3, ex his duo antiquae editionis, antiphonarium, psalterium et graduale.

Huius ecclesiae est parochus tl. Andreas Dudkiewicz, qui non per seipsum sed per tl. Laurentium Godawski vicarium administrat ecclesiam. In tempore visitationis nostrae tl. parochus non fuit, ideo nulla iura ecclesiae et proventus vidimus. In hac ecclesia sunt organa bona, sed tl. parochus non sovet organarium sicut fovebant antecessores eius. Licet habet pro organario fundatos agros, quos ipse tl. parochus usu tenet. Item tl. parochus habet et usu tenet vaccas ecclesiae 12, a qualibet vacca annuatim provenit unus florenus, tl. parochus autem non solvit iam per duos annos ecclesiae. A debitoribus pecuniam eccle-

siae non vindicat nec curat de collabente fabricae ecclesiae. Ad curam pastorem habet parochianos 306.

267 *Villa Charzow*

Habet ecclesiam lapideam tituli s. Mariae Magdalenae. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum s. Hedwigis. Altare unum adhuc non est consecratum. In hac omnia decenter et ordinate adinvenimus. Istius ecclesiae est legitimus parochus tl. Stanislaus Lasicki, S.T.D., qui per tl. Nowakonium hanc regit ecclesiam. Et quoniam tl. parochus non interfuit visitationi nostrae, ideo proventum ecclesiae videre non poteramus.

Villa Bogucice

Habet ecclesiam ligneam tituli ss. Stephani et Dorotheae. Dedicationis dies celebratur 18 dominica post festum Pentecostes. Tectum ecclesiae bonum. Fundamenta ecclesiae cum toto aedificio propter antiquitatem ad terram inclinata elevatione et sublevatione indigent. Supellex ecclesiae haec est: Calices 2 cum patinis, unus in toto deauratus, alter vero intus tantum. Pixis deaurata, monstratorium totum argenteum, Melchisidech deauratus, crux argentea cum 4 evangelistis aureis in cornibus, pixis altera stannea pro communicantibus, cassulae 8, pluviale unum noviter comparatum, alterum vetus, albae 6, superpellicea 2, antependia 2, corporalia 12, purificatoria 24, graduale, psalterium, processionale, agenda, campanae cum signante 3, pannus viridis coloris ad gradus altaris.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Casimirus Wydrzych praesentatus a tl. Christophoro Miroszowski, haerede et collatore, institutus 4 III a. 1660, qui pro labore suo satis exiguos habet proventus. Possidet agros in duobus locis cum pratis iacentes in uno loco, dicto Pod Zabince. In secundo loco dicto Kędzierzyna. Habet etiam vaccas ad ecclesiam suam pertinentes duodecim, a quibus census pro necessitatibus ecclesiae accipit tl. parochus annuatim. Cum maximo etiam dolore se dixit oneratum cura animarum, a quibus decimam aliquis alius accipit, ille vero gratis laborem et aestum diei et noctis suffert.

Villa Dziedzkowice

In qua est ecclesia parochialis lignea tituli Sanctorum Omnium, consecrata. Anniversarium dedicationis celebratur dominica secunda post Pascha. Iurispatronatus et collationis tl. Pinaci. Haec ecclesia habet unum calicem intus deauratum cum patina ex una parte deaurata. Pixidem parvam pro venerabili Sacramento ad infirmos deferendo. Item habet cooperculum intus deauratum a maiori pixide a sacrilega sublata, ad quod Deo auxiliante suo tempore pixidem curabit tl. parochus comparare. Monstratorium ex aurichalco indigens restauratione. Pacificale cum Agno Dei parvum ex eodem metallo. Turribulum noviter comparatum. Duo candelabra mensalia. Item pixidem stanneam novam. Candelabra quatuor noviter comparata. Ahenula duo, cassulas varii coloris 7. Pluviale unum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Krolikowic, actu presbyter, institutus et introductus, qui pro dote suae ecclesiae habet agros in duobus locis sitos. In primo loco a villa dicta Dziedzkowice usque ad limites villae episcopalis Jemielno protensos, longitudinis 14 stadiorum, latitudinis circiter 50. In secundo vero loco habet agrum longitudinis 14 stadiorum, latitudinis vero alia 20, alia plus sulcorum, in quo a multis annis rectores ecclesiae pro tempore existentes habent hortulanum. Item habet hortulanum penes hortum suum, in quo sunt duo stadia agri, latitudinis 60 sulcorum, ubi etiam est apiarium parochi et quaedam domus ad parochiam pertinens quondam fuit, sed per antecessores desolata solus locus et spatium eius cernitur. Item habet duo prata, unum versus Myslowice penes flumen Przemsza, ex quo potest colligi unus currus foeni, alterum penes stagnum ex una et Przemsza altera

ex parte, ex quo quatuor currus foeni colligi et haberi possunt. Item habet duos inquilinos, diem quilibet eorum laborantes. Tertium penes domum scholae habuit, sed per antecessorum iniuriam nec domus illius cernitur. Item habet stagnum a flumine Przemsza derivans extra ecclesiam versus orientem pro suo usu. Item aliud stagnum ad meridiem ex opposito ecclesiae desolatum cum duabus piscinulis inter agrum dirutum et viam publicam, ubi quondam antecessores illius pisces pro suo usu et necessitate asservabant. Decimam manipulare omnis grani et seminis habet post omnes agros praedii. Item in eadem villa de tota scultetia decima manipularis. Post agros vero cmethonum et aliorum incolarum nescit̃r quo iure tl. scholasticus Cracoviensis percipit decimam manipularem. Item rector ecclesiae habet grossos mensales a singulis cmethonibus duos grossos silesiticos et petronalium per medium grossum. Rector scholae a singulis cmethonibus recipit per grossos 3 a hortulanis 2 ab inquilinis unum, qui etiam cmethones et hortulani rectori scholae tenentur advehere per unum currum lignorum sine ulla procrastinatione. Et haec quoad proventum ecclesiae Dziedzkowicensis. Ad extremum summa 170 florenorum locata est apud tl. haeredes super certis agris, a qua solvuntur ecclesiae quotannis floreni 9.

Oppidum Czeladz

Habet ecclesiam lapideam tituli s. Stanislai, episcopi et martyris. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum Omnium Sanctorum. Iurispatronatus tl. Ducis Seweriensis Episcopi Cracoviensis. Altaria sunt omnia consecrata praeter unum. Organum bonum. Sepimenta coemiterii ab occidente et meridie non tecta, ad septentrionem de rata. Ornamenta sicut et supellex omnis. Satis est pulchra per antecessores et per praesentem parochum comparata, quod descripta est cum omnibus proventibus et fructibus ecclesiae in registro, quod extat in manibus parochi, subscripto manibus visitorum.

Huius ecclesiae est rector tl. Iosephus Betka, institutus a. 1654, die 25 V. Habet ad curam animarum personas 800. Sunt et vaccae in registro ecclesiae specificatae, quaedam apud tl. parochum, quaedam etiam apud cives Czeladienses. In hac ecclesia est altare B.M.V. foundationis tl. Andreae Skarzyński, cuius director est Joannes Stokowicki, qui dote altaris sui habet censum a summa 5000 florenorum polonicorum, provenientium iuxta inscriptionem coram actis cracoviensis Officii a. 1650, die 8 VIII factam. Accessit et alia fundatio in a. 1665 tl. Catharinae Bockowa, civis Czeladiensis, quae testamentaliter legavit summam 400 ad manus tl. Joannis Stokowiecki altaris, quam hucusque non locavit, sed penes se retinet. In hac ecclesia est etiam comfraternitas s. Annae nullam provisionem habens. Hic altaris B.M.V. obligationes in erectione specificatas non absolvit propter distantiam loci, nam tenet parochiam Wojkowicensem, licet si hoc altare sit minusculum beneficium. Proventus ecclesiae Czeladiensis specificatus est in libris visitationum tl. Foxii.

Villa Siemunia

Habet ecclesiam muratam, tamen fornice clausam, tituli Sanctorum Omnium. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum s. Michaelis Archangeli. Tectum habet pluviis pervium et in campanili itidem. Altaria sunt tria. Parietes pulveribus infecti tam in maiori quam in minori choro. Fores ecclesiae non bene munitae. Sepimenta coemeterii a partibus sunt diruta. Supellex ecclesiastica: Monstratorium argenteum et locatim deauratum, calices 4, turribularium argenteum, pixis in ciborio pro asservatione venerabilis Sacramenti, pixis minor argentea pro deferendo ad infirmos venerabili Sacramento, crux argentea, coronae 2 argenteae, deaurata maior in capite imaginis B.M.V., altera minor in imagine Domini nostri Jesu Christi. Tabulae votivae 3, circuli coronarii 2 argentei deaurati, libellus argento circumductus, annulus deauratus, crux parva pensilis, gemmarum fila 5 in imagine B.M.V., monstratorium ex aurichalco,

Melchisidech argenteum, candelabrum pensile in medio ecclesiae, candelabra 2 maioris quantitatis ex aurichalco in altari maiori, candelabra minora mensalia, turribularium ex aurichalco, lebes pro aqua benedicta ex aere, urceoli stannei 4, cassulae 12, pluviale, albae 4, antependia 6, mappae 9, mantilia 5, toboleae 35, superpellicea 2, corporalia 10, missalia 2.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Franciscus Petrici ad praesentationem tl. episcopi cracoviensis, ducis seweriensis et tl. Gregorii Puczek uti tutoris Joannis Simonis Petrici, haeredis certae sortis in Siemunia et tl. Adriani Oderenc institutus a. 1659, 30 IV. Omnes metricas, proventus, iura habet in bene compactis libris ordinate, distincte conscripta. Pro dote ecclesiae suae habet agros in villa Siemunia confusos, intermiscitibus sese per diversos cuncos eiusdem villae subditorum domibus et fundis et dua prata ad ecclesiam spectantia. Item habet decimas manipulares. Primam in villa Siemunia ex araturis agrorum praedialium et cmethonaliū. Item penduntur canapalia per 12 manipulos o quolibet cmethone. Secundam de villa Twardowice ex araturis tantum agrorum praedialium. Tertiam de villa Brzyrkowice ex omnibus araturis agrorum. Quartum de villa Gora ex omnibus ibidem araturis agrorum tam nobilium quam cmethonaliū. Quintam de villa Strzysowice ex araturis agrorum tantum. Sextam ex villa Rogoznik ex araturis tantum agrorum praedialium et unius cmethonis. Septimam de villa Sączow ex araturis unius tantum agri villae Siemunia adiacenti. Octavam de villa Psary ex araturis ibidem unius agri, Rola Biskupia dicti. Habet etiam et missalia. Primo de villa Dobieszowice de 14 agris cmethonum a quolibet per duas mensuras alias wiertelci siewierskie tam siliginis quam avenae. Secundo de villa Twardowice de agris 8 cmethonalibus per duas mensuras avenae tantum. Tertio de villa Brzyrkowice de 4 agris ducalium cmethonum, a quolibet per duas mensuras avenae. Quarto de villa Gora de tribus agris cmethonum ducalium, a quolibet per quatuor mensuras avenae. Item de uno agro praediali Kowalewska dicto quatuor itidem mensurae avenae. Quinto de villa Rogoznik ex agris ibidem cmethonalibus aequaliter per duas mensuras avenae. Habet etiam unum subditum in villa Brzyrkowice, qui tenetur laborare a festo s. Adalberti ad festum s. Michaelis penitus septimanam duos dies, a festo autem s. Michaelis Archangeli ad festum s. Adalberti martyris duos dies ipse per se. Censum autem reddit ecclesiae florenum unum et grossos 6, duos capones et 12 ova. Ad parochiam habet villas Siemunia, Twardowice, Brzyrkowice, Gora, Rogoznik, Dobieszowice.

Villa Sączow

Habet ecclesiam ligneam tituli s. Jacobi. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum s. Francisci. Sepimenta coemiterii ruinosa. Calices sunt duo intus ac extra deaurati, tertius argenteus intus tantum deauratus. Pixis parva intus deaurata pro venerabili Sacramento. Cruces 3 argenteae cum reliquiis sanctorum. Turribularium argenteum, urceoli argentei duo cum pelvicula. Crux parva pensilis ex argento in altari s. Annae. Urceoli ex stanneo 4. Calix ex eodem metallo. Manicella stannea. Candelabra ex aurichalco 4. Item candelabrum maius pensile. Lampas ex eodem metallo. Pixis ex aurichalco deaurato in fimbriis. Vas pro aqua benedicta, alterum in fonte baptismali. Campanae cum signante 4, tintinabula 7, cassulae praestantiores 7, viliores 3, antependia 5, superpellicea 3, mappae 24, toboleae 2, mantilia 8, albae 7, missalis 2, graduale, psalterium et antiphonarum, duae partes ritualis romani, Reformationes Syszkowienses, corporalia 9.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Simon Stankiewicz ad praesentationem tl. Capituli Cracoviensis a. 1663, die 18 III, qui pro dote ecclesiae suae habet decimam manipularem de villa Ozorowice, quae modo pecunia solvitur cum magno praeiudicio praesentis parochi. Item habet missalia post omnes agros incolarum de villa Sączow, quorum quatuor agri abscisi a 16 et adiuncti praedialibus, de his 4 agris praedium recusat missalia extradere. Habet

ab iisdem incolis missalia ex avena et scilla iuxta decretum latum a. 1604, 24 III. Habet etiam canapalia post agros in Twardowice iuxta decretum reformationis, quorum non est in usu. Ex hac villa post 8 laneos percipit decimam manipulem omnis grani et seminis. Ex Nowa Wieś post agros certos Subianki dictos percipit decimam manipulem, post alios vero agros tl. loci Ordinarius. Item ex hac villa ratione missaliorum ex 12 laneis accipit mensuras 12 alias cwiertni avenae. Ex agris dictis Nałęczow, spectantibus ad arcem et adiacentibus villae Nowa Wieś decimam manipulem. In Tapkowice missalia post agros 16, item duo praedia sita in duobus agris cmenthonalibus dantur per mensuras siliginis alias wiertelci 32 avenae mensurae seweriensis. In villa Perzowice post 12 laneos et 2 praedia dantur mensurae siliginis 29 mensurae seweriensis. Columbatio de tota parochia. Habet et agros satis tenues, in quibus excrescunt siliginis sexagena 7, avenae 4, pisi 2, hordei 3, de caetero nihil. Adhuc habet decimam manipulem in villa Ozorowice post 11 agros cmenthonum, quos duos conseminat tl. possessor villae. Pro fabrica ecclesiae census reemptionalis in villa Bobrowniki florenos 10 a summa ducentorum florenorum. Item census reemptionalis a summa capitali centum florenorum pro pauperibus per 7 florenos. Item census reemptionalis cum obligatione missarum 20, pro quibus solvuntur floreni 18 ex villa Ozorowice pro festo s. Michaelis. Vaccas ecclesiae numero 17, a quibus solvitur census pro necessitatibus ecclesiae.

Villa Targoszyce alias Mierzęcice

Ecclesia est murata, in minori choro fornice clausa. Tectum habet a septentrione malum. Coemiterium totum non coopertum. Haec ecclesia est tituli s. Nicolai. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum Visitationis B.M.V. Parietes sunt pulveribus cooperti et araneorum telis infecti. Fenestrae contusae. Gradus altarium complanatione indigent. Calices habet tres, sed omnes restauratione etiam indigent. Vasa ad labia sunt fracta. Tl. parochus vaccae 6 penes se habet, quae pertinent pro fabrica ecclesiae, a quibus non solvit. Sunt et aliae apud parochianos, a quibus vitrici ecclesiae percipiunt censum. Huius ecclesiae rector est tl. Martinus Pleiski, qui proventuum suorum nullum ius demonstravit. Sed horum proventuum Liber Visitationum tl. Foxii meminit. In aedificiis domus plebanalis ruina, granis et domuncula, in quibus subditi habitabant, corruerunt. Ad hanc ecclesiam pertinent villae Mierzęcice, Sadowie, Zawada, Toporowice, Przeczyce.

Oppidum Kozięglowy

271

Ecclesia parochialis murata tituli ss. Corporis Christi. Dedicationis dies celebratur proxima dominica post festum s. Bartholomaei apostoli. Iurispatronatus tl. episcopi Cracoviensis, ducis Seweriensis. In hac ecclesia altaria sunt aliquot iam fracta, praesertim vero s. Catharinae et s. Alexii. Gradus altaris maioris complanatione indigent. Venerabile Sacramentum in maiori altari decenter asservatur. Parietes in utrisque choris pulveribus infecti. Tectum templi in aliquot locis refici debet. In sacrario pavementum foraminosum. Calices non bene purgati. Calix unus cum labiis fractis. Turribulum graviter contusum et inhabile. In hac ecclesia sunt altaria duo cum suis foundationibus. Unum sub titulo s. Catharinae, ad quod annexa est confraternitas Literatorum. Huius altaris rector est tl. Andreas Gazdowski, institutus ad praesentationem tl. praepositi et consulum Kozięglowiensium a. 1655, die 13 IV. Erectionem huius altaris non habet. Antecessor enim eius tl. olim Adamus Wiewierkowicz tradiderat eam tl. Tarnowski, archidiacono Cracoviensi in actu visitationis et hucusque non est recuperata. Item oblatum est nobis registrum supellectilis et ornamentorum huius altaris. Calices 2 intus deaurati cum patinis, crux argentea locatim deaurata, ex una parte quatuor evangelistae deaurati et passio Christi, ex altera vero quatuor frustula affabie facta et deaurata. Candelabra ex aurichalco 2, cassulae varii coloris 6, antependium 1, albae 2, mappae 3, tapes in gradibus altaris veteris

operis, vexillum magnum ex adamasco, in altari est imago B.M.V., in quo haec sunt, quae sequuntur: Tabulae votivae 4, corona maior et minor ad caput B.M.V. et Jesu Christi, stellae 12, lampades 2, una ex his mediae qualitatis, globulae alias ksiąg srebrnych 8, cruces pensiles 2 et alia ornamenta minus pretiosa. Alterum altare extat s. Alexii, sed ob tenuitatem proventus tl. parcho per privilegium in pergamina sigillata ecclesiae incorporatum est. Haec capella est confraternitatis Passionis Christi ad plagam septentrionalem, cuius director est tl. Franciscus Piasecki. Haec confraternitas habet suam supellectilem et alia ornamenta pro suo altari: Monstratorium argenteum locatim deauratum cum Melchisidech in sede cuprea, crucem magnae quantitatis in tribus pedibus suae reliquiis cum figura Crucifixi, lampadem argenteam, in cuius partibus angeli insignia passionis Christi tenent, calices cum patinis 3 intus et ab extra pulchre deauratos, urceolos 2 ad instar pelvium, cassulas 4, pluvialia 2, antependia 3, tres partes serici, duas cum fimbriis argenteis, nodulorum argenteorum duas partes. Velum nigri coloris ex materia dicta Czamlet, bursas 8, mappas 6, vela calicium 5, mantilia 2.

Huius ecclesiae parochialis Kozię-głowiensis primarius est rector tl. Stanislaus Pychowic, institutus ad praesentationem tl. episcopi Cracoviensis, ducis sewe-riensis a. 1659, cuius proventus et fructus ecclesiasticos liber visitationum tl. Foxii descriptos habet. Extra oppidum Kozięglowiense est capella s. Crucis, cuius legitimus director est rd. Franciscus Piasecki, ordinarius concionator, institutus ad praesentationem tl. parochi Kozięglowiensis et tl. consiliariorum confraternitatis Passionis Christi a. 1660, 7 I, qui ad suam capellam habet cassulas varii coloris 4, antependia 3, calicem argenteum locatim deauratum cum patina, crucem argenteum locatim olim deauratum, sed hoc argentum pro fabrica ecclesiae apud tl. Pasowski est oppignorum. Est et alia supellex ad ornatum ecclesiae necessaria. Proventus ad istam ecclesiam: In Podstawowice a sculteto decima manipularis, ibidem ex agris omnium hortulanorum et uno laneo decima manipularis, in Choron ex agris praedialibus et hortulanorum decima manipularis. Ista decimae redimuntur omnes pecunia cum iniuria commendarii. In villa Kotowice, Mrosow post agros cmenthones et praedio castri Mrosow non percipit decimam nec eandem videlicet. Harum autem decimarum et agrorum spectantium ad hanc ecclesiam fusius Liber Visitationum tl. Foxii mentionem facit. Ad curam animarum habet personas 2078.

Villa Kozięglówki

Ecclesia parochialis murata tituli s. Adalberti episcopi et martyris. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum s. Francisci. Iurispatronatus episcopi cracoviensis. Coemiterium muratum, sed non tectum, ideo ruinam patitur. In campanile campanae 3, signans quarta in ecclesia. Altaria sunt tria. Baptisterium lapideum cum pelvi et aqua munda, sera clausum. Visa est supellex ecclesiae: corporalia 6, bursae 8, vela 20. Item visum est argentum: Monstrantia argentea, Melchisidech et crux in vertice deauratae, calix unus in toto deauratus. Item alii 3, intus tantum deaurati. Crux argentea in cornibus deaurata cum reliquiis, cochlea ex argento ad aquam baptismalem. Pixis pro venerabili Sacramento. Pixis parva deaurata pro venerabili Sacramento ad infirmos deferendo. Pixis ex aurichalco veteris operis. Item visae sunt casulae varii coloris 16, pluvialia 3, antependia 14, albae 8, humeralia 8, superpellicea 2, tobolea 1, mappae 12. Item visi sunt libri ecclesiae: missalia tria, agendorum libri duo, ritualia nova duo. Psalterium in parte laceratum, candelabra ex aurichalco 2, tertium in medio ecclesiae pensile, ahenulae pro aqua benedicta 2, pannus rubei coloris pro gradibus altaris maioris. In hac ecclesia est capella, in qua est imago s. Antonii miraculosa. Tabulae sunt in imagine votivae 27, tabulae votivae magnae quantitatis cum effigie B.M.V. et duarum personarum ordinis Minorum Fratrum. Tabula minoris quantitatis cum persona B.M.V., annuli aurei 7, ex quibus unus cum lapillo rubri coloris dicti Jaspis. Item alii duo annuli cum

duobus cornibus insutis alias smelcowanyymi, opus elegans, in quo sunt inserti lapilli et gemmae pensiles 3, navile parvum ex auro, circuli coronae 13, ex his 8 deaurati, metalla minoris quantitatis ex argento quinque. Item alia deaurata tria. Imperialia alias taleri Norembergenses. Effigies B.M.V. Loretanae in argento sculpto. Cruces de argento pensiles novem. Agni Dei argento circumducti 4, ex his unus deauratus. Pes ex argento, opus artificis insutum alias smelcowany cum visino. Lampas argentea partim ex piorum eleemosynis, partim ex ecclesiasticis obventionibus in usum ecclesiae comparata, gemmarum minitarum fila duo. Item alia fila duo gemmarum satis parvarum. Ad collum s. Antonii sunt appensae gemmae. Encaustum alias smelc exiguis gemmis intermixtum. Bissini simplicis fila duo, coronae visinae in capite s. Antonii et domini nostri Jesu Christi. Coralarum fila duo gemmis ad medium intermixta, cor pensile ad ea ex cristallo. Coralarum maiorum filum unum. Item aliae coraliae, inter quae sunt intermixta novem fila gemmarum, globuli precarii ex cristallo duo. Item alii ex gagate. Item decima ex cristallo corallis intermixta. Ad illam est tabella ex argento. Passio deaurata ex aurichalco in cruce nigra.

273

Huius ecclesiae Kozięglowiensis est legitimus rector tl. Andrea Lasiecki, qui etiam vicarium foveat tl. Andream Falibowski. Erectionem ecclesiae suae nullam habet, nisi extractum ex Libris Beneficiorum. Omnium autem proventuum et fructuum ecclesiae in antiqua Kozięglowki in Libris Visitationum tl. Foxii sufficiens est descriptio.

Oppidum Siewior

Habet ecclesiam muratam asseribus in utrisque choris clausam, tituli s. Matthiae apostoli. Dedicationis dies celebratur dominica prima post festum s. Bartholomaei apostoli. Altaria sunt quatuor maius deauratum. Gradus altarium non bene compacti et ideo periculosi. Baptisterium ex lapide. Venerabile Sacramentum in maiori altari asservatur. Sepimenta coemiterii a plaga orientali non tecta, ab occidentali vero ruinosa. Muri ecclesiae in aliquot locis ab una parte ruinosi. In sacrario pavementum ruinosum et inaequale. Campanile bene tectum. Argentum et alia supellex ecclesiastica: Monstratorium deauratum, crux argentea, in qua 4 evangelistae et effigies Crucifixi deaurata. Item crux alia minor, in qua etiam 4 sunt evangelistae deaurati. Crux tertia operis veteris, tota ex argento albo, in qua effigies Crucifixi lita. Calices 7, ex quibus 4 inhabiles sunt ad celebrandum. Pixis argentea, intus deaurata. Vasa argentea pro conservandis oleis sacris. Duo crateres argentei ad dandam ablutionem communicantibus. Turribularium cum navicella et cochleari argenteis: Lampades 2. Urceolorum paria 2. In maiori altari ad caput B.M.V. corona argentea. In eodem altari stellulae 18. In altari s. Annae coronae 2. Anathemata alias tkąki 2. Unum ex gemmis contextum, alterum ex lamina argentea. Agnus Dei argento circumductus. Cassulae albi coloris 6, ex his 2 praestantiores. Rubei coloris 11, inter has reperiuntur 6 praestantiores, viridis coloris 2, violacei coloris 3, nigri coloris 5, dalmaticae 6, ex his 2 laceratae, pluvialia 5, ex his unum praestantius, antependia 11, mappae 26, tobaleae 3, pepla xilina 3, mantilia 14, telae sericeae pars specialis, altera tela damascena, corporalia 16, purificatoria 26, pallae 23, bursae 11, vela varii coloris 22, albae 11, superpelliceum 1, candelabrum maius in medio altaris pensile, candelabra altarium paria 2, campanae cum signante 3, tintinabula 7, ahenulae pro aqua benedicta 3, vexilla 4, missalia 8, agendorum partes 3, tapetas 3 veteris operis, breviarium in folio. Habet haec ecclesia reliquas speciales s. Justinae virginis et martyris cum approbatione in thecis argenteis inclusas. In imagine B.M.V. Myslovicensis existentis in ecclesia Seweriensi haec sunt, quae sequuntur: Corona contexta ex globulis precariis ad instra gemmarum, coronae duae argenteae deauratae, elaborata ex auro ductoria cum lapillis 13, gemmarum fila 3, item aliarum gemmarum maioris quantitatis filum unum cum moneta, in qua sunt diademata bohémica. Catena aurata affabre facta. Item unius digiti pars catenae auratae. In auris pretiosa cum duabus gemmis una, altera minor.

274

Tabulae votivae numero 30. Cruces pensiles 4. Circuli coronarii 11. Corda cristallica argento circumducta 3, corda vitrea itidem argento circumducta 2. Manile viridis coloris 14 lapillas in se continens, vela imaginis pretiosa 2, globulorum precariorum ex cristallo fila 3. Crux argentea pensilis cum viridi ligula. Opus artificiose factum ex argento cum quatuor lapillis bohemicis et quinta in medio.

Cuius ecclesiae est rector tl. Stanislaus Rop, ad praesentationem tl. episcopi Cracoviensis institutus, qui licet assidue non residet ad ecclesiam, habet tamen diligentem in suo loco commendarium Andream Mitkiewicz et tl. Plonowski. Erectionem nullam vidimus ecclesiae, sed omnes proventus ecclesiae in visitatione tl. Kazimirski sunt descripti, proinde ad praesens in absentia praesentis parochi supraedendum esse a descriptione dotis plebanalis visum est. Ad communionem paschalem sunt personae 2000.

Capella hospitalis. Haec est lignea tituli s. Valentini, quae ut asseritur est consecrata. Dedicatio celebratur dominica in albis. Iuspatronatus habent tl. consules Sewerienses. Tectum eius in partibus est desolatum, necnon sepimenta coemiterii pro vetustate collabentia. Huius capellae praepositus est tl. Plonowski, ab omnibus bonae vitae et honestae conversationis commendatus, qui etsi satis exiguum habet proventum, tamen in divinis officiis non est negligens, imo promovet omnem divinum cultum. Hic autem proventus descriptus est in visitatione tl. Joannis Foxii.

Villa Ciągowice

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Bartholomaei apostoli. Dedicatio die celebratur dominica proxima post festum Decollationis s. Joannes Baptistae. Venerabile Sacramentum in pixide lignea asservatur, quia timetur, ne auferatur argentea, nam duabus vicibus iam ablata fuit furto. Sepimenta coemeterii non bene tecta. Pluviale unum idque laceratum. Cassulae fere omnes indigent reparatione.

Ecclesiae huius est rector tl. Raphael Rychtowski institutus, qui requisitus a nobis, ut regestra et proventus ecclesiae suae ostenderet, in furorem versus haec omnia non demonstravit. Nos tamen volentes satisfacere officio nostro, commissariale id adnotavimus. Habet decimam manipulearem post agros omnes tam praediales quam cmethonales in villa Ciągowice et Tursa. Item post agros Mostanewska Kuznica decimam manipulearem. Item in villa Rokitno decimam manipulearem. Possidet etiam agri unum mansum, incipiendo a domo parochiali usque ad fines Wysoka et alios inter agros cmethonales.

275 *Civitas Będzin*

Ecclesia parochialis murata tituli s. Trinitatis, consecrata, cuius consecrationis anniversarium agitur prima dominica post festum Assumptionis B.M.V., sed postea conflagrata. Iuspatronatus sacrae Regiae Majestatis. Altaria tria in se continet. Primum s. Trinitatis nuper consecratum. Secundum ligneum a latere dextera B.M.V. confraternitatis s. Rosarii. Tertium a latere sinistra muratum. In omnibus super portatilibus celebratur. Haec ecclesia habet argentum: Calices argenteos 7, octavam quem a Swedow a.D. 1656 ecclesias spoliantibus cives Będzinenses receptum ecclesiae parochiali donaverunt, ex quibus quatuor deaurati, omnes cum patinis, cruces argenteas 3, ex quibus duas deauratas, tertiam albam, monstrantiam argenteam deauratam iusti ponderis, urceolorum parvorum ex argento, pixidem pro venerabili Sacramento asservando argenteam tertius deauratam cum operculo, alteram aurichalceam cum operculo adiuncto, tertiam parvam sine sede aurichalceam cum operculo adiuncto, turribulum argenteum commune cum confraternio s. Rosarii, alterum aurichalceum turribulum, lampadem argenteam ante maius altare pendentem, duo candelabra aurichalcea longitudinis unius cubiti ad plus longiora, item duo aurichalcea minora, item duo stannea minora. Chrismale stanneum. Baptisterium lapideum cum aramento

pro aqua baptismali, pelvem novam cum cochleari pro fundenda aqua in baptisterium stannea, alterum aramentum pro aqua lustrali seu benedicta, tertium aurichalceum pro eadem aqua, candelabrum cum sex ramis in minori choro ecclesiae ante maius altare appensum aurichalceum, patinam stanneam ad altare pro lavandis manibus ad lavabo. Item habet aliam supellectilem, ubi cassulas varii coloris tam sericies quam ex alia materia, sed veteres praeter unum novum viridis coloris, mappas et antependia etc., cuius supellectilis totius sunt inventaria, quae a tl. parochi quolibet anno conficiuntur et renovantur, unum inventarium retinet ipse parochus cum vitricis ecclesiae, alterum consules in aerario civitatis. Tertium reponitur in aerario ecclesiae, quorum inventariorum in anno praesenti 1665, die 20 III facta est renovatio.

Haec ecclesia habet suum rectorem, qui nunc est Stanislaus Grigorowic, actu presbyter, canonicè institutus. Habet autem pro dote agros unum incipientem ab horto plebanali, qui vulgo dicitur Ogród Hanyskowy, in quo horto est piscina desolata, et ex contiguitate habet alium hortum retro post viam, quae ducit ad villam Siedlec, sulcorum idem hortus est viginti plus vel minus. Item est contiguitate eiusdem horti retro versus flumen Przemsza habet pratum. Item habet tertium hortum versus villam Małobądz commutatum cum xenodochio pro horto, qui est post portam Cracoviensem ad aedes xenodochii adiacens. Item habet quartum penes domum plebanalem in civitate, donatum a capitaneo Będzinensi, cuius donationis est confirmatio regalis seu a Regia Majestate, cuius tenor est talis: Sigismundus Tertius Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lituaniae" etc. Laneus vero supradictus protenditur versus orientem et terminatur in loco Porembe, ubi forestrum invenitur in actis visitationum tl. olim Christophori Casimirski etc. Qui laneus est sulcorum 60 plus vel minus, stadia in se continens ad pratum vulgo dictum Pod Kmieciami seu pratum agris intermedium 22 ex contiguitate eiusdem prati dicti Pod Kmieciami sequitur adhuc laneus, in quo sulci indirecte arantur, qui inveniuntur numero 60 usque ad limbum seu agros, qui de arce Będzinensi seminantur. Item habet pratum nempe in loco Porembe seu Przerąbane dictum, et alterum habet pratum agris intermedium, qui de arce seminantur, dictum vulgo Pod Patkami, quae duo prata ab arce Będzinensi per commutationem pro horto versus sacellum s. Thomae in suburbio iacentem parochi Będzinensi venerunt, de quibus habetur in confirmatione Regali ut supra. Et tertium habet pratum in hoc laneo agris intermedium supradictum Pod Kmieciami. Item habet alios agros circa sacellum s. Thomae Cantuariensis episcopi martyris, ab orientis parte iacentes, sulcorum 76 plus vel minus, penes quos agros seu in quibus ad finem illorum hollodia medarum civitatis a parte viae, quae ducit versus Cracoviam numero 8 aedificata, a quibus hollodiis plebano annuus census solvitur post concordiam factam a.D. 1631, die 1 VI⁵. Item haec ecclesia habet alium agrum stadia 2 in se continens, sulcorum 50 seu plus ex contiguitate sacelli s. Thomae Cantuariensis episcopi martyris versus fluvium Przemsza protendens inter agros praedictos de arce ab una et Walczowskie dictos in Mrowce ab altera. Item habet pratum in Czmolas vulgo dictum koło we Czmolesie eodem prato 5 currus lignorum hieme solvuntur pauperibus ad xenodochium Będzinense. Item habet agros alios applicatos ecclesiae pro parochi in fundo civitatis, a quibus omnia onera parochi per parochum solvuntur, qui minima onera sunt parochi ex eo, quia inaequales sunt aliis agris civilibus plus minores et non possunt arari nec seri, quia loca multa habent paludosa. Primi agri dicuntur Gorącowodne, quarta pars lanei et medii, lingua vulgari dicuntur półtory, qui incipiunt a praedio parochiali in suburbio et terminantur ad fluvium Przemsza. Isti agri habent pratula aliquot intermedia, quorum agrorum emptionis est talis tenor in actis consularis Będzinensis ut sequitur: „Actum coram officio consulari Będzinensi die 18 XI a.D. 1650. Odstąpek roley Gorącowodney szolarzowi Będzienskiemu albo plebanowi Będzienskiemu przez wię-

⁵ Dokument bardzo rozwlekły i bez istotnego znaczenia opuszczony.

iebnego xiędza Andrzeja Korzewskiego. Wielebny tl. X Andrzej Korzewski, canonik Poznanski, pleban skotski, tamquam plenipotent od przewielebnego tl. Xiędza Marcina Korzewskiego kanonika poznanskiego a plebana przyszłego Będzińskiego stanąwszy" etc. Acta Consularia Będzinensia. Item haec ecclesia habet alios agros dictos Szoczowsczenskie alias Organiscinskie noviter dictos, laneum medium id est dwie kwarcie, sed plus minores agris civilibus inaequales in quantitate et qualitate et aequaliter solvuntur per parochum onera ab illis mihi omnia cum maxima miseria et praeiudicio parochi, qui agri incipiunt a prato, quod iacet ad finem agrorum Rulczowskie seu Na Mrowcach, quod pratum pertinet ad agros praedictos Organiscinskie contingentem et protendentem usque ad fluvium Przemsza sulcorum 34, habent etiam aliquot pratula intermedia, iacent inter agros Wolkowskie ex una et Gorącowskie supradictos ex altera parte. Qui agri dicti Organiscinskie seu Szoczowsczynskie ad fiscum regium devoluti a Wladislavo Quarto, rege Poloniae, ecclesiae parochiali Będzinensi seu illius parochi pro salariando organario donati sunt, cuius donationis talis tenor sequitur: „Vladislaus Quartus Dei gratia rex Poloniae, magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae etc. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest universis ad fundum quem pro solito nostro augendi, propagandique cultus Divini studio, fundum seu agros certos in oppido Będzien consistentes: post sterilem decessum cuiusdam Sophiae Dąbrusczyńska ad usum et dispositionem nostram devolutos ecclesiae parochiali eiusdem oppidi Będzien ipsius parochi nunc et pro tempore existenti pro sustentatione solvendaque mercede annua praememoratae ecclesiae Będzinensi organario iure perpetuo et unquam irrevocabilis donationis dandam et conferendam esse ducimus uti quidem damus et conferimus hisce litteris nostris ita ut eundem fundum seu agros iure adeat et in possessionem suam vindicat decretoque sibi adiudicatos in sustentationem dicti organarii solutionem ipsi et eius succedaneis mercedis annuae convertat perpetuo et in istum quod omnibus et singulis quorum interest, praesertim vero magistratui supradicti oppidi nostri Będzien notum esse volumus eidem serio mandantes, ut praedictum fundum seu agros praenominatos parochi Będzinensi simul atque eo nomine requisiti fuerint praecisis gruburnis, delationibus et diffugiis in realem et adductum possessionem tradant, seduloque curent, ut quamprimum bonis eisdem potiat, iuribus nihilominus et oneribus omnibus per omnia-fatus manentibus. In huius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigilloque regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XI mensis iunii a.D. 1647, Regnorum Nostrorum Poloniae XV, Sueciae XVI anno. Wladislaus Rex, L.S. Albus Kadziłowski, secr. Regis mp. „Intromissio huius agri”: Intromissyey dane na pół łanne roley nazwane z dawna Szoczowsczysna alias noviter

278 Organiscinsznie Janowi Cegielskiemu organiscie kościoła farnego Będzińskiego na miejscu jego tl. Marcina Krajewskiego canonika Poznanskiego a plebana na ten czas Będzińskiego przez urząd dentwoykowski z przysięglými die 21 aprilis a.D. 1648. Starszy Kaspar Strulski dentwoit na ten czas Będziński z Jakubem Przetnym y Grigerem Cytam, przysięglými, także ze zbytnością Bartłomieja Rybkowskiego pisarza miejskiego przysięgłego, przychylając się do mandatu tl. Władysława czwartego, króla polskiego, pana naszego miłościwego, dana jest intromissio cum possessione w posiadanie roli zwanej z dawna Szoczowsczynskie we Cmolesie tu przy Będzieniu począwszy od Mrowiec między rolami miejskimi z jednej strony Wojciecha Wotka a z drugiej strony Gorącowskie także kościelne leżące rolami, tl. Janowi Cegielskiemu organiscie kościoła Będzińskiego a to na miejscu tl. xiędza Marcina Krajewskiego, canonika Poznanskiego a na ten czas plebana Będzińskiego, które to pólanie roli jest z łaski tl. króla Pana naszego miłościwego dane plebanowi Będzińskiemu pro sustentatione ac mercede annua ecclesiae Będzienensis organario post sterilis cuiusdam Sophiae Dąbrusczenka decessum ad Fiscum devolutos perpetuo et aevum nie tylko terazniejsza ale in perpetuum successorum jego plebanom Będzińskim pro salariando organario in anno Domini supra specificato et die ut supra,

której to roli pomienionej tl. xiądz pleban będziński terazniejszy jako też i na potem jego successorowie będą zażywali spokojnie przez przednio wszelakiego za bahowym domem intromisji i possessji, a dla lepszej wiary z podpisem rąk naszych pieczęcią urzędu dentwojtowskiego utwierdzamy. Kaspar Strulski, Dent Wojt Będziński, L.S. Bartłomiej Rybkowski, pisarz przysięgły miejski. Item haec ecclesia habet praedium in suburbio in horto plebanali conformatum et hortum, in quo est habitatio pro parochia cum camera et altera habitatio pro familia cum camera etiam uno atrio utraque consistens, inter domum Joannis Pastuszka ex una et domum Zarębinskie ex altera parte situm, in quo praedio sunt 7 gazae pro hortulanis, qui hortulani agros pro memoratos dictos Gorącowodne per parochum distributos tenent et seminant, duobus diebus in unaquoque septimana singuli obligat ad laborem parochia et aeque regimini et iurisdictioni subsunt. A orientis parte habet stadium cum duabus areis, haras 4 pro pecoribus conservandas. Item habet decimas manipulares, primam ex villa Małobądz seu Grzybow ex agris tam praedialibus quam cmethonalibus, quae iam ab annis circa 28 et plus non decimatur, nisi pecunia solvitur, alteram manipulem ex villis Sarnow et Preczow ex agro praediali. Item ex agris 5 laneorum cmethonaliū et agris 2 hortulanorum eiusdem villae Sarnow habet decimam manipulem, de qua in Libris Beneficiorum dioecesis Cracoviensis hoc descriptum habetur: Sarnow villa sub parochia de Będzien sita, cuius haeredes Matthias et duobus de armis Plovina, in terra Seweriensi, in qua sunt 5 lanei cmethonales et 2 hortulaniae, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalia, sed modo nescimus quo iure 4 tantum cmethones ex 4 laneis missalia avenae 4 metretas in vulgari lingua po cztery wiertele Będzienskie dobrej miary osutej owsa singuli 4 eosdem metretas singulis annis parochia dant et solvunt. Item habet decimam manipulem ex praedio Będzinensi, id est post agros advocatiales, de quibus in Libris Retaxationum Beneficiorum ecclesiarum dioecesis Cracoviensis: Będzien ecclesia parochialis sub decanatu rurali Bythomiensi, cuius possessor tl. Andreas de Kostrzin, qui comparuit per tl. Joannem de Cozyeglowy, qui iuravit etc. In oppido Będzien decima pecuniaria, ibidem columbatio pecuniaria, ibidem ex agris praedialibus decima manipularis, ibidem pontalium. Haec decima ex agris praedialibus supradicto modo nec solvitur nec decimatur. Pontalium: 279 a quolibet curru a polonis vectoribus unus soledus, a silesitis vero seu alienigenis piątak, qui valet plus duos soledos, solvitur. Notandum de manipulari decima ex agris civium Będzinensium ad ecclesiam quadam spectante et pertinente, quae decima manipularis circa a.D. 1600 a civibus dabatur et a tl. Stanisłao Radtkowski, pro tunc parochia Będzinensi ex decimabatur, qui (nescio) quo motu adiens coram Tribunali sacrae Regiae Majestatis concordiam fecit et cum civibus comcontraxit manipulem in pecuniariam ad florenos 55, quam concordiam in pergaminio Sigismundi III, regis Poloniae, cives Będzinenses in suo aerario habent, quam ego vidi et legi. Item habet 40 florenos a laneis 5 civium census annui et 20 florenos ecclesia percipit pro necessitatibus, qui lanei supradicti erant applicati ecclesiae Będzinensi a quibusdam civibus devotis, quos eorum successores et praesertim consules ab ecclesia alienaverunt et distribuerunt inter se, de quibus in actis consularibus ita habetur: „Actum in praetorio Będzinensi a.D. 1598, die 5 IX. Tak jako sprawa była przypadła przed tl. Andrzejem Samuelem Dębińskim starostą Będzińskim urzędowi i wszystkiemu pospółstwu miejskiemu z xiędzem Stanisławem Rudkowskim plebanem Będzińskim o 5 łanów roli kościelnej, które przodkowie ich od kościoła oddzielili, które nakazał Ichmość dekretem swym, aby rajcy takowe łany kościółowi wydzielili albo tak od nich postąpili, także i tak zatrzymany od tych łanów od stu lat aby zapłacili. Urząd i pospółstwo bacząc, żeby im to z wielką trudnością przyszło rolę kościółowi wymierzać, woleli tedy tak postąpić, których obligatoria i recognitionia jest w te słowa: My burmistrz i rajcy tak starzi jako i młodzi i wszystko pospółstwo miasta Będzienia zeznawamy, żeśmy winni kościółowi Będzińskiemu pięć łanów roli, które przodkowie nasi niepotrzebnie i niepłatnie od

kościół odsprzedali, jako akta nasze własne świadczą, winniśmy też od tych łąnów pięciu płat od stu lat zatrzymany, od których pięciu łąnów i od płatu zatrzymanego dobrowolnie postępujemy i pozwalamy się ze wszystkich ról miejskich dawać na każdy św. Marcin roku każdego od tego tym przyszłego począwszy złotych 60 kościołowi Będzienskiemu dokąd gdzie byśmy tych 5 łąnów także i płatu zatrzymanego od tych łąnów kościołowi nie oddali albo sumę za nie i obligujemy się na czas namieniony każdego roku dać i płatu przyrzeczonego nie omieszkiwać pod przepadkiem stu grzywien, którego płatu na ten rok połowę teraz dajemy a drugą połowę na św. Marcina wyżej namieniony dać obiecujemy. A xiądz pleban terazniejszy i jego successorowie nie mogą się więcej ani tych ról ani płatu zatrzymanego upominać, którą obligację naszą w swe księgi radzieckie wserować żeśmy kazali. Extractum ex protocolio consulari Będzinensis. Joannes Bagniczek, iuratus officii consularis. Tl. Bernhardus Maczejowski episcopus Cracoviensis in anno Domini 1603 supradictum census Coronae Polonicae ita ordinavit, plebano pro tempore existentiae 40 florenos, 20 vero ad ecclesiae thesaurum in usum eiusdem et necessitates convertendos decrevit. Item haec ecclesia habet pecuniae summam principalem valoris florenorum polonorum 200 in vim reemptionis imprimis in bonis Christophori Zigmuntowicz, deinde translatos in bona Joannis Pastuszka civis Będzinensis, 100 florenorum et alios 100 florenorum in bonis Matthiae Pitak civis Będzinensis reemptos et assecuratos, a quibus census annuum florenorum 14 ecclesiae ad usus et necessitates per vitricos ecclesiae percipit, de quibus in actis consularibus Będzinensibus in a.D. 1658 feria secunda post festum ss. apostolorum Simonis et Judae habetur. Item habet 100 florenos summae principalis in bonis Thomae Falber alias reemptos et assecuratos civis Będzinensis, a quibus annuus census florenorum 7 pro adipe pro lampade ante magno altare pendente infundendo et lucendo percipitur. Item habet hortos seu sulcos in fundo civitatis, qui sulci civibus et generis per vitricos ecclesiae distribuuntur quotannis, inveniuntur numero 119, a quibus census annuus solvitur florenorum 16 plus minus. Item habet vaccas 26 numero, a qualibet vacca annuus census solvitur per grossos 12, quae civibus distributae sunt. Haec ecclesia habet 2 vitricos, quorum unus eligitur ab ipso parochi et constituitur, alter vero a magistratu electus parochi praesentatur et ab eo confirmatur, qui vitrici inventaria tam pecuniaria quam hortorum seu sulcorum, hortulanorum, vaccarum et aliorum ecclesiae proventus, praesertim saccae seu carbonae et a sepulchris in ecclesia, dum aliquis sepelitur remouent et conscribunt, census et singula ecclesiae pertinentia exigunt et percipiunt, necessaria omnia ecclesiae procurant, tandem calcum tam perceptae pecuniae confusae, quam expensorum ad finem seu in principio cuiuslibet anni parochi in praesentia magistratus civitatis faciunt.

Circa hanc ecclesiam est domus hospitalis penes ipsum coemiterium, iniquitate temporum devastata, vero in suburbio est alia domus hospitalis post portam Cracoviensem, in qua pauperes modo habitant, mediocriter bona, cum camera et atrio, habet dotem exiguam, pro alendis pauperibus et reperiendis domibus, nempe duos hortos, quorum primus est penes domum hospitalem in suburbio, commutatus cum parochi pro alio horto, qui est versus villam Małobądz. Vaccas habet novem, distributas civibus, a quibus singulis census annuus per duodecim grossos solvitur. Item habet pecuniae summam principalem florenos polonicos 344, distributam civibus Będzinensibus pro censu annuali florenorum 27. Haec domus hospitalis habet suum curatorem seu provisorem ex civibus, qui a magistratu Będzinensi electus parochi praesentatur et ab eodem confirmatur. Hic provisor inventarium super pecunias supra nominatas et civibus pro censu annuali distributas, hortorum, vaccarum singulis annis renovat, census a debitoribus exigit, percipit, illosque querat, pro necessitatibus census exactum pauperibus distribuit, eiusque cum domus seu hospitalis resarciri solet, ac pro festo s. Martini calculum tam perceptae pecuniae quam expensorum parochi singulis annis facit. Est et capella seu sacellum extra civitatem lignea, conse-

crata, tituli s. Thomae episcopi et martyris, altaria tria murata habens. Dotem nullam habet nec apparatus, sed adferuntur per sacerdotes parochiales pro missa celebranda. Eius anniversarium dedicationis celebratur prima dominica post festum s. Joannis Baptistae in mense iunio. Item parochus habet domum pro residentia sua in civitate mediocriter bonam, item habet domum pro rectore scholae, quem salarit plebanus 20 florenorum annuatim. Ad parochum pertinent civitas Będzien et villae Małobądz, Grzybow, Sarnow, Praczw, Piekło et Dąbrowa seu Koniecpolska Wola tum et folwark Wanesikowski.

Villa Woikowice Kościelne

Ecclesia parochialis murata, in minori fornice clausa, consecrata ab annis plus quam ducentis, tituli s. Martini episcopi. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum s. Bartholomaei, iuris patronatus tl. haeredum villae. In hac ecclesia sunt 2 capellae fundationem nullam habentes. Altaria sunt 5, sacristia murata, ad quam sunt fores ferreae. Ante maius altare gradus maxime concussi. Organa sunt pulchra sed destructa, iam a multo tempore non pulsantur. Muri utriusque chori pulveribus et areanarum telis infecti, pavimentum in toto dirutum, tectum campanilis notabiliter ventis contusum et pluviis pervium. Sepimenta coemeterii penitus diruta et liber sordidis animalibus patet aditus. Scholae domus diruta et in usum plebanalem conversa. Ossa indigent humatione, quia multa sunt in ossorio. Domus plebanalis proximam iam iam minatur 281 ruinam. Argentum et alia supellex ecclesiastica: Monstratorium argenteum in partibus tantum deauratum, in quo est stemma tl. Myszkowskich. Crux argentea locatim deaurata cum eodem stemmate. Crux altera argentea per nobilem Burkat donata ecclesiae. Pacificale argenteum cum imagine Salvatoris flagellati cum reliquiis sanctorum. Urceoli 2 per tl. Martinum Zebrzydovicum comparati. Turribulum ex argento 4 habens catenas. Calices 3 argentei in toto cum patinis deaurati. Item alii duo quoque argentei cum patinis. In ciborio pixis argentea deaurata. Lampas argentea a tl. Dębski comparata. In maiori altari metallum ad instar thaleri. Corona ex gemmis contexta, quae apponi solet monstratorio. Crater parvus ad infirmorum ablutionem. In imagine B.M.V. haec sunt: Tabulae votivae tam planae quam ad instar cordium sunt 7. Reliquiaria 2. Circuli coronarii 5. Crux ad globos precarios deaurata pensilis. Globuli precarii argentei gemmis et corallis intermixti. Opus artificis cum rubino deauratum. Gemmarum minutarum filum unum. Lavacrum stanneum. Urceoli stannei 2. Calix 1 stanneus. Candelabra 4 ex eodem metallo. Organa destructa. Lagena pro asservando vino in ecclesia stannea. Chrismale stanneum. Lampas ex aurichalco. Candelabrum pensile maius in medio ecclesiae. Candelabra ex eodem metallo paria 2. Crucifixi effigies sculpta dealbata. In turri campanae 2, in ecclesia signans. Ahenula pro aqua benedicta 2. Cassulae varii coloris 16, pluvialia 2, albae 9, superpellicea 4, mappae 28, vela calicium 4, bursae 6, corporalia 13, antependia 13, ex his unum praestantius, tobaleae 6, mantilia 14, missalia 3, agenda, psalterium, processionale, antiphonarium et graduale. Reconditoria duo, in quibus apparamenta ecclesiastica asservantur. Pannus noviter comparatus ad tegendum fere trum mortuorum.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Joannes Stokowicki, qui pro dote ecclesiae suae habet imprimis decimam manipulem post omnes agros totius villae Woikowice Kościelne. Item ex omnibus praediis tl. Alexandri Joannis Dębski. Item ex praedio et subditis tl. Matthiae Myszkowski decima manipularis. In villa Kuźnica est praedium ad Wojkowice pertinens, cuius haeres tl. Sigismundus Myszkowski, de quo praedio et omnibus incolis eiusdem villae percipit decimam manipulem. In villa Tuliczow est praedium ad Wojkowice pertinens, cuius haeres tl. Alexander Wyksynski, de quo praedio et incolis omnibus decimam manipulem percipit parochus. In villa Malinowice, cuius haeres tl. Valentinus Wianowski, accipit decimam manipulem ex omnibus agris tam praedii quam cmethonum et aliorum incolarum. Villa Dąbie habet multos haere-

des et possessores, ex cuius agris pertinet decima manipularis, quam ad praesens non percipit parochus nisi ex missalibus. Ex tota villa Dąbie missalia dantur. Ex villa Goleża missalia redduntur. In villa Szklarski post agros certos dictos Gorki pertinet decima manipularis. In Woikowice Kościelne a cmethonibus accipit taczmo, hoc est quilibet eorum reddit particulas lini 18. Item in villa Tuliszw habet censum reemptionalem quotannis sibi procurantem florenos 18 a summa principali 300 florenorum polonorum, provenientem inscriptam coram actis castri Seweriensis in a. 1636. Item in villa hac habet pro necessitatibus ecclesiae censum reemptionalem florenorum 10 grossorum 25 a summa principali 150 florenorum provenientem. Super quo censu latum est decretum in a. 1664. In villa Dąbie habet censum reemptionalem pro necessitatibus ecclesiae florenorum 21 a summa principali trecentorum florenorum provenientem, ut patet ex actis castri Seweriensis in a. 1642. In villa Woikowice habet censum reemptionalem florenorum 12 a summa principali 200 florenorum provenientem, ratione cuius debet recitare parochus missas pro anima defunctae Elisabethae. In villa Trzebieszawice habet censum reemptionalem quotannis 7 florenorum a summa 100 florenorum polonorum. Hic autem census converti debet pro necessitatibus ecclesiae. In Bucholowice super uno cmethone unam marcam latorum grossorum lucratus est tl. Paulus, plebanus in Woikowice census annui perpetui a. 1455. In Zabagno 2 marcas quamlibet marcam per 48 grossos numerantes reddere tenentur pro festo s. Martini pro necessitatibus ecclesiae, ut patet in actis castri Seweriensis in a. 1632. In oppido Sławkow hospitale ecclesiae Woikowicensis habet censum reemptionalem apud quemdam civem florenorum 7 pro victu a summa 100 florenorum provenientem. Vaccae ecclesiae apud parochianos sunt 8, apud tl. parochum fuerunt 5, quas dicit a vivis sublatas esse. Item post intraductionem receperat buculas 5, quae penes ipsum sunt. Possidet etiam agros in diversis locis sitos. Imprimis versus Tuliszw habet 2 stadia, latitudinis sulcorum 66 cum cuncis, alter ager ad Warpia stadiorum 5, latitudinis 113 sulcorum. Tertius ager in Szkała 2 stadiorum, latitudinis 60 sulcorum. Quartus ager na Przedewsiu stadiorum 4, latitudinis 22 sulcorum. Quintus ager Za Wsią unius stadii, sulcorum 26 et 9 curri. Sextus ager w Skarszowie 2 stadiorum, ibidem w Skarszowie pratum et stagnum per tl. Martinum Zebrzydowicium comparatum. In Malinowice 12 sulci agri, in quibus quondam fuerat inquilinus alias Zagrodnik. Alterum pratum in Marcinkowice versus Przeczyce. Tertium pratum versus Kuźnica prope pratum tl. Dębski. Item post domum plebanalem habet piscinas 3. Item Za Sadem 2 stadia agri. Item penes domum plebanalem 3 stadia agri. Silva quondam pertinebat, sed per infideles haereticos erepta in proprium usum. Habet tamen parochus liberam praecisionem lignorum pro foco et necessitatibus suis.

283 *Oppidum Mysłowice*

Ecclesia murata tituli Nativitatis B.M.V. Dedicationis dies celebratur dominica infra octavam Visitationis B.M.V. Ciborium et extra et intra sufficientem habet ornatum, ubi asservatur venerabile Sacramentum. Armariolum pro sacris oleis in sacrario. Habet haec ecclesia altare ss. Philippi et Jacobi cum suis fundationibus, cuius legitimus presbyter tl. Martinus Dziurzynski, actu presbyter, institutus a. 1665, 12 i ad praesentationem tl. Michaelis Gosławski, plebani nn Mysłowice, tl. Christophori Miroszowski et tl. Joannis Kamiński, legitimorum collatorum. Argentum et alia supellex ecclesiastica. Monstratorium argenteum circa Melchisedech deauratum. Corona plumatilis una, altera ex argento. Calices 3 in toto deaurati cum patinis. Item alii 2, intus tamen deaurati, tertius vero pure argenteus. Pixis una in toto deaurata, altera vero intus tantum. Crater parvulus ad ablutionem infirmorum. Cruces argenteae 2, urceoli 2 locatim tantum deaurati cum patinula. Item alii 2 intus et ab extra deaurati. Turribularium argenteum cum navicella et cochleari. Urceoli stannei 2, turribularium ex aurichalco, ahenua aerea 2, lagenae duae stanneae pro vino asservando, lampas ex aurichalco,

campanae 4, tintinabula 7, cassulae 19, ex quibus nonnullae viliores iuxta regestrum ecclesiae conscriptum, albae 14, ex quibus 3 praestantiores sunt. Mappae 39, ex quibus filis bombinaceis 3 sunt intertexti. Corporalia 26, purificatoria 58, bursae 16, pallae 10, vela 8, tobaleae 7, peplum unum. Fimbriae auro contextae ad mappas partes 2, mantilia 14, sericum rubei coloris unum, alterum cerulei. Cinguli ex bobicino, velum ex materia kędza pro feretro contegendo. Item alium velum confraternitatis s. Annae ex holoserico nigro cum fimbriis telae damascenae viridis, in medio crux ex tela argentea. Antependia 15, missalia 7, breviaria 2, diurnale, ritualia 2, biblia polonica, vitae sanctorum, liber Evangeliorum, metricae 3 ordinate conscriptae, instrumentum musicale octo vocum, antiphonarium, graduale, psalterium, processionale, libri pro cantoribus undecim, conciones de septem sacramentis.

Huius ecclesiae est director legitimus tl. Michael Gosławski, protonotarius apostolicus, qui penes ecclesiam suam fovet duos vicarios tl. Albertum Dziurzynski et tl. Stanislaum Twardzik. Dos huius ecclesiae latissime descripta est in visitatione tl. Joannis Foxii, archidiaconi cracoviensis. Vitrici ecclesiae calculationem fecerunt ex perceptis, supra expensas restant floreni 159, 12, solidus unus penes hos vitricos. Hospitale pauperum habet suas fundationes, cuius patronus et provisor est tl. Michael Gosławski ex vi iuris antiqui. Senior pauperum omnes perceptas et expensas in separato regestro notare debet et nihil extradere sine scitu et licentia tl. parochi et patroni.

Villa Grodziec

284

Ecclesia parochialis lignea, tituli s. Catharinae. Dedicationis dies celebratur dominica proxima post festum s. Hedwigis. In hac ecclesia tantum unum altare maius est consecratum, altera vero non. Sepimenta coemeterii ex parte diruta, idque propter contumaciam parochianorum, qui ea tenentur reparare. Urceolus argenteus unus per antecessorem est perditus. Supellex ecclesiastica alia tam in argento quam in apparamentis est descripta sufficientissime in regestro ecclesiae. Haec ecclesia habuit antea apparamenta tam in argento quam de variis materiis (ut asserit modernus parochus), verum per tl. olim Albertum Lipinski antecessorem autoritate propria alienata et capellae s. Dorotheae data, donata et applicata in praeiudicium parochialis ecclesiae.

Provisio rectoris ecclesiae. Ad praesens est tl. Nicolaus Jeziorkowic, qui pro dote suae ecclesiae habet decimam manipulem post praedium et de omnibus agris in Grodziec et post agros duarum scultetiarum et post agros omnium hortulanorum. Post agros vero cmethonum missalia tantum. Item in villa Grotkow post omnes agros tam praediales quam incolarum et post agros molendinatoris ad Grotkow pertinentis. Item habet decimam manipulem post agros trium molendinatorum ex haereditate tl. Wladislai Wiejski de Pszary. Item habet decimam manipulem post agros incolarum de villa Pszary, quae modo redimitur ab incolis tl. Wiejski certa pecunia et duobus pratis, ab incolis vero tl. parochi itidem certa summa redimitur. Item habet decimam manipulem post agros scultetorum in villa Łagisza, quae modo redimitur pecunia. Item habet decimam manipulem post agros omnes subditorum ad hanc scultetiam in villa Łagisza pertinentium, quae modo redimitur pecunia. Possidet etiam agros ex antiquo inter agros incolarum, piscinam unam et duo prata ad hanc piscinam. Item habet duo prata parva inter agros versus Będzin in loco dicto Bagience et ad fontes dictas Za Bukowską. Item habet totum stramen ex decima trituratione de praedio et agris incolarum villae Gronkow, quod stramen commutatum ab antecessore tl. Alberto Lipinski pro prato dicto Parczyca. Habet domum plebanalem cum horreis et stabulis, sed per antecessorem devastatis. Item haec ecclesia habet certam summam inscriptam super scultetiam in villa Łagisza, a qua provenire debent annuatim 3 floreni in reparationem tectorum ecclesiae. Hic census modo denegatur. Habet hortulanos 3, inquilinos 3 ex antiquo in stadiis ex agris plebanalibus fundatis. Habet etiam haec ecclesia vaccas 11, a qualibet earum

annuatim solvitur per grossos 12. Capella s. Dorotheae murata tota tam in maiori quam in minori choro fornice clausa. Habet suam fundationem cum obligationibus pro defunctis. Eius possessor tl. Martinus Jaworski institutus ad praesentationem tl. priorissae in Zwierzyniec necnon decani Bythomiensis. Hic
285 habet in parochiali ecclesia Grodziecensi altare s. Angeli Custodis cum sua fundatione et agro per tl. priorissam et tl. praepositum Zwierzyniecensem donato, iacente super pratum plebanale ad occidentem in loco dicto Zachawrem, item piscinula cum prato parvo. In villa Pszary ad ipsam parochiam habet haereticos duos nobiles Hermanum et Joannem Jarockich.